Patentes Indulgentie ecclesie Sancte Marie Caritatis concesse per Alexandrum Pontificem ecclesiam supradictam annuatim uisitantibus	" 200
Priuilegium Friderici Barbarubei Imperatoris concessum Monasterio Sancti Georgij maioris Venetiarum de exemptione grauaminum super bonis omnibus, que possidet in Romano Imperio hoc anno Domini 1177	" 203
Indulgentia Ascensionis per supradictum Alexandrum Pontificem tertium concessa omnibus Ecclesiam sancti Marci annuatim uisitantibus	" 205
Carmina quatuordecim, que inueniuntur in urbe in quadam facie muri in Ecclesia Lateranensi facta de Indulgentia Ascensionis per dictum Alexandrum concessam	" 206
Quomodo inuentus fuit Alexander supradictus in Venetijs apud Sanctam Mariam Charitatis, qui uestibus pontificalibus indutus a Domino Duce processionaliter susceptus est, et postea ab eodem Pontifice concessum fuit Domino Duci cirium album in processionibus ferendum	" 208
Facta fuit epistola a Domino Duce de pacis tractatu inter Pontificem et Imperatorem in Appuliam ad eundem transmittenda bulla plumbea sigillata	" 207
Facti fuerunt duo Ambaxatores, qui tulerunt Epistolam supradictam ad dictum Imperatorem in Appulia commorantem, et de responso eiusdem ad eosdem Ambaxatores atque de concessione gladij per Pontificem Domino Duci in bello ferrendi	" 207

*Rubrica Pactorum
Libri primi.*

De uictoria habita in mari contra filium Imperatoris, de captione eiusdem et de concessione annuli aurei ad desponsandum mare	carte 207
De uerbis tractatus pacis inter Pontificem et Imperatorem, per filium Imperatoris in consilio Domini Ducis prolatis: de aduentu Imperatoris Venetias: de susceptione illius atque de concessione magne Indulgentie Ascensionis	" 208
De itinere in solidum facto uersus Curiam Romanam: de concessione umbrele Domino Duci per dictum Pontificem in Ancona	" 209
De concessione stendalium Imperialium tubarumque de argento	" 209
De auctoritate Serenissimi Principis in electione Episcopatum, Abbatiarum. Anno Domini 1352	" 209
Precibus Beati Ducis Methamaucensium post multarum urbium destructionem per Paganos Papa Benedictus Gradense castrum in nouam Aquilegiam et Ecclesiam Gradensem in totius Venetie et Istrie metropolim ordinauit	" 211
Copia cuiusdam Instrumenti facientis pro iuribus confinium Clugie	" 212
Copia alterius instrumenti de predictis confinibus	" 212
Edictum factum anno 1353 contra Cappellanos sancti Marci seu Canonicos nominatos	" 213
Pactum Patriarche Peregrini Ecclesie Aquilegiensis cum Domino Duce contra Taruisinos factum anno 1200	" 214
Ordo processionis scholarum in festiuitate Purificationis Beate Marie Virginis in mense Februarij per Petrum Polanum Ducem et Joannem Polanum Episcopum Castellatum, constitutus anno Domini 1141	" 216

*Rubrica Pactorum
Libri primi.*

Pactum confectum inter Ambaxatores Patriarche Aquilegiensis et dominum Ducem anno Domini 1248	carte 217
Pactum Clugie de territorio et finibus suis factum per Petrum Gradonico Ducem anno 1293	" 220
Pactum Clugie de finibus suis factum Per Rainerium Geno Ducem anno 1255	" 222
Securitas facta Monasterio Bronduli per Dominum Mauritium Memo anno 1048	" 224
Priuilegium Roberti et Petri siue Joannis atque Andree filio- rum quondam Comitis Rugerij Mauroceno Comitis Ab- sarensis	" 225
Priuilegium et pactum siue iuramentum fidelitatis factum ab hominibus Pole Domino Dominico Mauroceno Duci . . .	" 226
Sacramentum Episcopi Pole	" 227
Sacramentum fidelitatis factum a Ruiginensibus supradicto Duci cum promissione annuatim soluendi quinque Romanatos ad operam sancti Marci	" 227
Sacramentum fidelitatis omnium hominum de Parentio eodem Duci promittentium dare annuatim quindecim libras olei pro luminari sancti Marci et uiginti arietes Domino Duci . .	" 227
Sacramentum fidelitatis hominum de Ciuitate Noua cum pro- missione annuatim attribuendi quadraginta libras olei pro luminari Sancti Marci	" 227
Sacramentum fidelitatis, pacti et concordie Ciuitatis Umaghi cum promissione annuatim Domino Duci in mense Sep- tembris duos Romanatos persoluendi	" 228
Priuilegium Domini Patriarche Aquilegiensis hominibus Vene- tiarum pro eorumdem securitate in suo districtu cum iu- ramento. Anno Domini 1206	" 228

*Rubrica Pactorum
Libri primi.*

Sacramentum fidelitatis factum per Gregorium Regem Domino	
Petro Ziani Duci anno 1208	carte 229
Pactum Clugie anno 1208	„ 229
Pactum et concordia inter Paduam et Venetias facta anno Do-	
mini 1209	„ 230
Pactum seu iuramentum factum per Iudices Taruisij de iustitia	
facienda sub anno 1198	„ 231
Aliud pactum inter Venetias et Taruisium	„ 231
Priuilegium Soldani de Babilonia siue fidantia mercatoribus	
Venetis de securitate rerum et personarum per totam	
terram Aegypti	„ 232
Aliud priuilegium Soldani supradicti, quod nemo molestiam	
inferre audeat mercatoribus Venetiarum tam in emendo,	
quam in uendendo	„ 234
Aliud priuilegium eiusdem Soldani concedentis fundicum eis-	
dem mercatoribus in Alexandria	„ 234
Aliud priuilegium eiusdem Soldani transmissum Domino Petro	
Ziani Duci de securitate hominum Venetiarum et Con-	
stantinopolis	„ 234
Aliud priuilegium Soldani eidem Duci transmissum de man-	
dato facto Bailis Alexandrie et Babilonie, ut non audeant	
inferre molestias seu damna in duanis mercatoribus Ve-	
netiarum	„ 235
Pactum pacis et concordie facte inter Venetias et Paduam	
anno Domini 1216	„ 236
Ludus exemplatus ex Chronica Paduana, de quo subortum est	
bellum atrox inter Paduanos et Venetos in ciuitate Ta-	
ruisij, ex quo bello confecta et conclusa fuit pax supra-	
scripta	„ 238

*Rubrica Pactorum
Libri primi.*

Pactum atque iuramentum inter Arbenses et Ducem Venetiarum factum anno 1118	carte 238
Colomanus Rex Hungarie ueniens Jadram ante ciuitatem conuocata curia de Dalmatie libertate seruanda cum suis Episcopis iurauit	" 239
Pactum concordie facte inter Dominum Henricum Dandolum Ducem Venetiarum et Venetos ex una parte, et Marchionem Montisferrati et Barones Francie ex altera de captione Constantinopolis anno Domini 1204	" 239
Confirmatio Domini Henrici, fratris Domini Imperatoris Constantinopolitani, de ordinatione et examinatione facta per partitores	" 241
Confirmatio Domini P[etri] Imperatoris Constantinopolitani et Yolensis eius uxoris anno 1217, de pactione et societate facta inter comitem Flandre et Marchionem Montis Ferati atque Barones cum Domino Henrico Dandulo Duce	" 242
Pactum pacis et concordie facte inter Lascarum et inter Dominum Jacobum Teupulum tunc in Constantinopoli Potestatem anno a principio mundi 6728	" 242
Pactum Domini Alatini Caicopadi Soldani Turchie factum inter Dominum Jacobum Teupulum tunc Potestatem Constantinopolis et legatum eiusdem Soldani	" 243
Lampsacos	" 244
Pars Imperij Romanie pertinens Illustrissimo Dominio	" 246
De secunda parte Domini nostri Ducis et communis Venetiarum	" 246
De secunda parte Domini Imperatoris	" 246
De prima parte Peregrinorum	" 246
De secunda parte Peregrinorum	" 247

Rubrica Pactorum
Libri primi.

Pactum pacis et concordie inter Venetias et Paduam anno Domini 1216	carte	247
Sacramenta pacis et concordie facte inter Venetias et Paduam, que sacramenta Paduani fecerunt anno supradicto . . .	"	248
Pactum pacis et concordie inter Venetias et Ciuitatem Taruisij anno Domini 1216. Ducante Domino Petro Ziani . . .	"	252
Pactum inter Venetias et Mantuam anno 1204	"	253
Pax facta inter Mirum Boabdilem Soldanum Barbarie et Dominum Marinum Maurocenum Ducem Venetiarum ab anno 1251 ad quadraginta annos	"	253
Pactum Regis Tunixi de confirmatione pacis supradicte usque ad complementum	"	255
Anno Domini 1110 ducante Ordelafo Faletro capti fuerunt multi Paduani ab exercitu Venetiarum juxta fluuium Brente, scilicet homines 507	"	257
Quedam testificationes pro confinibus Clugie anno 1153 . . .	"	257
Priuilegium factum a Leone Rege Armenie Henrico Dandulo Duci de securitate in omnibus eius partibus hominibus Venetiarum in personis et rebus, anno 1201	"	258
Aliud priuilegium siue confirmatio supradicti facta a Rege Armenie siue Elisabet eius uxore, anno 1245	"	260
Priuilegium Boamundi Principis Anthiocheni, anno 1167, de exemptione medietatis grauaminum super mercibus mercatorum Venetorum atque de eorum securitate in personis et rebus	"	261
Aliud priuilegium eiusdem Boamundi Principis anno 1183 . . .	"	262
Aliud priuilegium Raimundi Anthiochie Principis de securitate facta mercatoribus Venetiarum et de concessione fundici in eadem	"	262

*Rubrica Pactorum
Libri primi.*

- Aliud priuilegium Rainaldi Anthiochie Principis de securitate
per totam terram suam mercatoribus Venetiarum concessa
in personis et rebus, anno 1153 carte 263
- Priuilegium Domini Joannis de Ibilino Domini Berythi, de se-
curitate per totum suum districtum concessa mercatoribus
Venetiarum in personis et rebus, anno Domini 1222 „ 264
- Anno Domini 1117 Pontius Comes Tripolitanus concessit et
donauit quamdam domum, que in Tripoli prope portum
maris Tripolitani sita est, nuncupata Darus, Sancto Marco
Euangeliste de Venetijs, quam Prouisores eiusdem habcant
et possideant in perpetuum „ 264
- Priuilegium Guidonis Domini Biblij de securitate per totum
suum districtum mercatoribus Venetiarum concessa atque
de exemptione medietatis omnis dricture mercimoniorum,
que ement uel uendent, et hoc sub Petro Ziani Duce
anno Domini 1217 „ 265
- Pactum Melechalis de Adalapo Soldani cum Domino Jacobo
Teupulo Duce de securitate mercium et mercatorum et
de drictura soluenda. Anno Domini 1229 „ 265
- Exemplum litterarum Domini Melech Mois Soldani Babilonie,
translatum de Saracinesco in latinum et missum a dicto
Soldano Domino Duci per Gabrielem Taruisanum Nuntium,
anno Domini 1255 „ 266
- Pactum eiusdem Soldani factum cum antedicto Gabriele Tar-
uisano nuntio Domini Ducis, de Saracinesco in latinum
translatum, de securitate mercatorum Venetorum per totum
Regnum Aegypti in personis et rebus et de alijs capitu-
lis seruandis, factum anno Domini 1254 „ 267

*Rubrica Pactorum
Libri primi.*

Pactum factum per Soldanum Adalapi ad petitionem nobilis viri Joannis Secreto nuntij, anno Domini 1254 . . .	carte	269
Aliud pactum eiusdem Soldani	"	270
Pactum Ferrarie anno Domini 1191	"	270
Aliud pactum inter Ambaxatores Venetiarum et Potestatem Ferrarie factum anno 1250	"	271
Aliud pactum inter Ambaxatores Ferrarie et Dominum Jaco- bum Teupulum Ducem anno Domini 1230	"	273
Pactum inter Jadertinos et Dominum Ducem de electione Ar- chiepiscopi Jadre	"	276
Sententia Arbitrorum Ferrarie facta inter Ferrariensem et Ve- netum anno 1232	"	277
Instrumentum pacti factum inter Dominum Ducem et Patriar- cham Aquilegiensem anno Domini 1222	"	278
Pactum factum inter Dominum Jacobum Teupulum Ducem et Nuntios Ciuitatis Ragusij anno Domini 1232	"	279
Pactum, quod habet Dominus Çyri cum Soldano de facto ca- salis Batiolae et aliorum casalium	"	279
Exemplum indulgentie concesse Ecclesie sancti Marci per Do- minum Nicolaum Papam quartum, anno Domini 1289, omnibus in festiuitate eiusdem Sancti ac Ascensionis Do- mini annuatim dictam Ecclesiam uisitantibus	"	280
Littera Papalis de translatione Abbatis et monachorum Sancti Hilarij ad Sanctum Gregorium	"	281
Pactum Padue anno 1232	"	281
Compromissio facta inter Magistrum Philippum Canonicum Sancti Marci, procuratorem Domini Jacobi Teupuli Ducis Venetiarum et inter Albertum Coruum Syndicum Padue, in personas Dominorum Centernici Venetiarum et Gerardi		

*Rubrica Pactorum
Libri primi.*

de Gnampho Paduani de omnibus litigijs et causis definiendis. Anno Domini 1232	carte 282
Juramentum Potestatis Padue de obseruandis et attendendis omnibus deffinitionibus a supradictis Arbitris faciendis super negotio pacis et concordie inter Venetos et Paduanos, anno Domini 1233	" 283
Sententia prolata ab antedictis Arbitris de predicta concordia	" 283
Sacramentum factum per Rectores Tergesti de obseruandis preceptis Domini Ducis in facto lignaminum et salis. Anno Domini 1233	" 285
Pacta et capitula scripta et ordinata inter Dominum Ducem et Joannem de Saluia, nuntium communis Tergesti, que a Tergestinis perpetuo obseruari debent	" 285
Capitulare siue iuramentum Judicum seu Consulum Tergesti	" 286
Capitulare Aduocatorum Tergesti	" 286
Priuilegium Laureti factum per Vitalem Faletrum Ducem, cuius castrum pro latronum impedimento hominibus Castellanis ad possidendum concessit anno Domini 1094	" 286
Pactum Fani de fidelitate Diuo Marco et Domino Duci obseruanda, anno Domini 1141 sub Petro Polano Duce	" 289
Priuilegium, quod habemus in Sicilia ab Imperatore Frederico secundo concessum. Anno Domini 1232	" 290
Pactum Verone anno Domini 1192 sub Henrico Dandulo Duce	" 292
Pactum pacis et concordie inter Dominum Gregorium Patriarcham Aquileiensem et Dominum Rainerium Geno Ducem Venetiarum, factum anno Domini 1254	" 294
Exemplum cuiusdam instrumenti siue iuramenti facti eodem anno per supradictum Dominum Gregorium Electum Aquilegiensem de obseruandis capitulis pacti supradicti	" 296

*Rubrica Pactorum
Libri primi.*

Aliud exemplum iuramenti prestiti per Dominum Mainardum Comitem Goritie de obseruandis et attendendis omnibus capitulis in supradicto pacto contentis, anno Domini 1255	carte	297
Pactum cum Rege Manfredo in Sicilia factum anno Domini 1259	"	298
Pactum Domini Raynerij Geno Ducis factum cum Domino Man- fredo predicto eodem anno	"	301
Pactum de concordia ciuitatis Firmi factum anno Domini 1260	"	302
Pactum de concordia Ciuitatis Arimini factum anno Domini 1260	"	304
Pactum inter Pontificem et Ecclesiam Romanam cum Domino Jacobobo Teupolo Duce de facto Regni Sicilie, actum anno Domini 1239	"	305
Littera Papalis transmissa Domino Duci de facto Regni Sicilie	"	307
Alia littera Papalis de eodem facto	"	308
Alia littera Papalis, quid habebimus de lucro Regni Sicilie nostra parte	"	308
Alia littera Papalis transmissa Electo Gradensi et Castellanensi Archidiacono, precipiens, ne permittant inferre molestiam exercitui Venetorum in Regno Sicilie occupando . . .	"	309
Littera Papalis ad Dominum Archidiaconum Anthiochenum de iuribus Ecclesie sancti Marci Venetiarum super Ecclesijs sancti Marci Tirensis et Acconensis	"	309
Alia littera Papalis ad eundem Anthiochie Archidiaconum, ne permittat inferre molestiam a quocunque pro iuribus et redditibus Ecclesie supradicte	"	310
Littera Papalis ad Primicerium Sancti Marci, scilicet de con- cessione mitre, annuli et baculi pastoralis	"	310
Aliud exemplum pacti et concordie facte anno 1254 inter		

*Rubrica Pactorum
Libri primi.*

Dominum Rainerium Geno Ducem et Dominum Gregorium Patriarcham Aquilegiensem	carte 311
Exemplum instrumenti Sacramenti dicti Domini Gregorij Patriarche de obseruandis capitulis in supradicto pacto contentis	" 314
Sacramentum Domini Maynardi Comitis Goritie de obseruandis supradictis capitulis	" 314
Juramentum hominum Parentij factum anno Domini 1205 de obseruandis capitulis et de soluendis arietibus uiginti Domino Duci, atque Primicerio sancti Marci annuatim quindecim libras olei pro luminaria attribuendis	" 315
Littera protectionis Alexandri Pontificis quarti ad Dominum Ducem	" 316
Pactum Verone factum. Anno Domini 1193 inter Dominum Guilielmum eiusdem Potestatem et Dominum Henricum Dandolum Ducem	" 317
Pactum Bononie factum anno Domini 1227 inter Potestatem eiusdem et Dominum Petrum Ziani Ducem	" 318
De concessione ciuitatis Jadre, Jadretinis per Dominum Jacobum Teupulum Ducem, atque de pactis in eo contentis facta anno Domini 1247	" 319
Aliud pactum Jadretinorum factum anno Domini 1251 Domino Marino Mauroceno Duci	" 325
Pactum factum Anno Domini 1274 inter Dominum Raimundum Patriarcham Aquilegiensem et Dominum Laurentium Teupulo Ducem super quibusdam nouitatibus et certis grauaminibus impositis in datijs et alijs rebus in damnum hominum Venetiarum per dictum Patriarcham	" 326
Juramentum factum a predicto Domino Raimundo de obser-	

*Rubrica Pactorum
Libri primi.*

uandis omnibus capitulis in instrumento confecto inter Dominum Gregorium olim Patriarcham Aquilegio et Do- minum Ducem Venetiarum contentis	carte 328
Juramentum fidelitatis Comitis Jadre	" 329
Juramentum Vicedomini Aquilegiensis de iustitijs faciendis	" 330
Littera Gregorij Pontificis noni ad Dominum Ducem de facto pacis inter Ecclesiam et Imperatorem	" 330
Littera Innocentij quarti Pontificis ad Dominum Ducem de facto pacis inter Ecclesiam et Conradum Imperatorem	" 331
Littera protectionis Domini Pape Gregorij Noni ad Dominum Ducem	" 331
Alia littera eiusdem Gregorij Noni de facto Pacis inter Eccle- siam et Imperatorem	" 332
Littera protectionis Domini Innocentij Quarti Pontificis ad Do- minum Ducem	" 332
Priuilegium Ciuitatis Arbi concessum per Vitalem Michaellem Ducem de electione Comitis Jadre sub anno 1166	" 333
Juramentum fidelitatis Comitis Jadre factum anno 1247	" 336
Littera Innocentij Quarti Pontificis ad Dominum Octauianum Sancte Marie in uia lata Diaconum, Cardinalem Apostolice sedis Legatum, pro iurisdictione Ecclesiarum sancti Marci Tirensis et Acconensis pertinente ad Ecclesiam Diui Marci Venetiarum	" 336
Exemptio Ecclesiarum Sancti Marci Tirensis et Acconensis facta per supradictum Dominum Octauianum Cardinalem Legatum	" 337
Pactum Domini Bele Regis Hungarorum habitum cum Do- mino Jacobo Teupulo Duce anno Domini 1244	" 338

Rubrica Pactorum
Libri primi.

Pactum Domini Jacobi Teupuli Ducis habitum cum Rege Hungarorum anno supradicto	carte 339
Priuilegium confirmationis alterius priuilegij olim Domini Frederici Imperatoris in Regno Sicilie factum, et renouatum per Dominum Manfredum Principem Tarentinum et Bailum Domini Conradi secundi in Regno Sicilie, anno Domini 1257 sub Domino Rainerio Geno Duce	340
Priuilegium supradicti Manfredi de promissione restitutionis quinquaginta millia bisantiorum in mari ablatorum hominibus Venetiarum, datum anno Domini 1257	344
De conuentione et concordia facta inter Dominum Manfredum supradictum et ambaxatores communis Venetiarum persoluendi supramemoratam pecuniam	345
Exemplum cuiusdam pacti seu concordie, tractate inter Episcopum Acconensem et Nobiles Viros, Joannem Dandulo Bailum Acconensem et eius consiliarios, super facto sancti Dimitrij. Anno Domini 1260	346
Priuilegium Pape, quod non possumus interdicti	349
Pactum Taruisij de restitutione pecunie mutuo recepte infra terminum descriptum	350
Pactum cum Pisanis factum anno Domini 1273	351
Pactum cum Arimino	352
Carmina Prophetie de Italia infra annum 1247	353
Nomina Insularum in Arcipelago	354

Liber Pactorum.

Tomus secundus.

(Enthält 15 Blätter vorangeschickter Indices und 280 geschriebene Textblätter.)

Index Pactorum

Libri secund.

fol.

Ex Cronica Venetiarum. Jadra prima uice capta fuit a Venetis anno salutis 1050 sub Domino Dominico Fabiano Contareno Duce, et postea pluries rebellata fuit et pluries aquisita, ut legitur in Reformatio siue pars capta in maiori Consilio de condemnationibus et bannis Comitatus Kersi et Auseri de regalia Domini Ducis currente anno Domini 1280 Pax siue concordia facta inter Dominum Marinum Maurocenum Ducem Venetiarum et inter Mirum Boabdilem Soldanum Barbariae in ciuitate Tunixi per manum Nobilis Viri Philippi Juliani eiusdem Domini Ducis legati, que pax fuit firmata ad quadraginta annos; et inter idem tempus fiunt securi uniuerſi Venetiarum mercatores per mare et terram per totum regnum ipsius Soldani, ac constitutum est eis fundicum liberum et absolutum percurrente anno Domini 1251 in Pactum Regis Tunixi, quod fecit Domino Joanni Dandulo Oratori Domini Ducis, translatum de Saraceno in latinum, per quod pactum similiter ponuntur in securitate mercatores Venetiarum usque ad tempus prefixum quadraginta annorum; hoc factum est anno Domini 1271 prout in Priuilegium securitatis Domini Leonis Regis Armeniorum concessum Nobili Viro Jacobo Badouario, Oratori Illustris Domini Henrici Dandulo Venetiarum Ducis, pro mercatoribus Venetis per totum Regnum ipsius anno Domini 1201 prout in	1 1 2 4 5
--	--

fol.

- Aliud priuilegium siue confirmatio supradicti priuilegij factum uel**
facta per Hetonem Regem Armeniorum ac Elisabet filiam Le-
onis supradicti reginam, uxorem eius a. D. 1245, prout in . . . 7
- Priuilegium Boamundi Principis Anthiocheni de concessione et do-**
natione facta Inclito Duci Venetiarum ac omnibus mercatoribus
Venetis medietatis consuetudinum siue datiorum soluendorum
in Anthiochia. Insuper concessit eis curiam Sancti Marci in
fundico Venetorum in eius ciuitate ad reddendam rationem.
Oratore Nobili Viro Dominico Bono. Anno Domini 1167 in . . . 8
- Aliud priuilegium siue confirmatio eiusdem Boamundi Anthiochiae**
Principis Nobili Viro Jacobo Gradonico, Oratori Incliti Ducis
Venetiarum anno Domini 1183 in 9
- Aliud priuilegium Raimundi Anthiochie Principis de securitate Ve-**
netorum per totam terram principatus ipsius, concessitque eis
in portu Suidin duos summarios pro uno Camello, ac fundicum
superius contentum in Anthiochia eis confirmauit, consuetudi-
nesque tribuantur ei, sicut tempore Domini Tancredi, remisitque
tamen eas, quas Dominus Boamundus iunior remisit. Oratore
Domini Ducis Joanne Baudo, prout in 10
- Aliud Priuilegium Rainaldi Principis Anthiocheni et Constantie prin-**
cipisse Boamundi iunioris filiae, in quo confirmantur omnia pri-
uilegia antecessorum suorum. Oratore Domino Dominico Bono
anno Domini 1153 in 10
- Priuilegium Domini Joannis de Ibilino Domini Beriti de securitate**
omnium Venetorum per terram et mare districtus ipsius do-
minij. Concessit in Berito fundicum mercatoribus Venetis ac
donauit omnes consuetudines, ut sint immunes in portando et
extrahendo merces, ac curiam in fundico more Venetiarum tra-

fol.

- didit preter haec tria: homicidium, uim et rapinam, currente
anno Domini 1222 11
- Priuilegium et donatio domus que est in Tripoli, uocata Darus, prope
portum maris Tripolitani sita, facta per Dominum Pontium Co-
mitem Tripolitanum Sancto Marco Venetiarum ac prouisoribus
eius a. D. 1117. Regnante Domino Bauduino Rege Jerusalem 12
- Priuilegium Guidonis Domini Biblij factum Nobili Viro Domino Theo-
philo Geno, de precepto Incliti Viri domini Petri Ziani Vene-
tiarum Ducis Baiulo in Suria, de securitate ipsius omnibusque
Venetis similiter eundo et redeundo per mare et terras domini
sui et emendo ac uendendo; donauitque omnibus Venetis me-
diatatem driecture, quam dare solebant, currente a. D. 1217 in 12
- Pactum siue priuilegium domini Melechalis de Adalapo Soldani, quod
fecit Inclito domino Jacobo Teupolo tempore Nobilis Viri Joan-
nis Sucugulli nuntij ipsius domini Ducis, de securitate per mare
et terras ipsius Soldani pro mercatoribus Venetiarum et de dri-
cturis, quas soluere pro mercibus debebant tam emendo, quam
uendendo. Preterea promisit apud pontem fondioum ad ospi-
tandum, idemque in Adalapo concessit cum Curia et Baiulo ad
faciendam rationem inter Venetos, currente anno Jesu Christi
1229 mense Decembris prout 13
- Exemplum litterarum domini Soldani Babilonis, qui uocatur Melech
Moys, quod translatus fuit de Sarraceno in latinum et missum
a dicto Soldano domino Duci Venetiarum per Nobilem Virum
Gabrielem Taruisanum nuntium ipsius Domini Ducis, anno sa-
lutis 1258 die 5. Decembris prout in 14
- Pactum domini Soldani Babilonis predicti, quod fecit cum praedicto
Nobili Viro Gabriele Taruisano de mandato domini Rainerij

*Index Pactorum
Libri secundi.*

fol.

- Geno Incliti Ducis ad Soldanum nuntio, id est, quod Veneti mer-
catores sint salui et securi per uniuersam terram et mare et
per totum regnum Aegypti et per omnia regna Soldani, con-
stituens eis fonticum et Doanam in Alexandria, prout legitur
in capitulis expressis distinctius a. D. 1254 die 13 Nouembris in 15
- Pactum factum per Soldanum Adalapi ad petitionem Nobilis Viri
Joannis Secreto currente anno domini 1264 in 17
- Pactum Ferrarie anno natiuitatis Jesu Christi 1191 tempore Cele-
stini Papae et Henrici Imperatoris, factum per consules Ferra-
riae Nobilibus Viris Henrico Dandulo et Petro Fuscarenno nuntijs
delegatis ab Inclito Viro Aurio Magistro Petro Venetiarum Duce
cum conditionibus ut in 18
- Alia pacta inita anno Domini nostri 1250 inter Venetos nuntios
Nobiles Viros dominos Phylippum de Mulino et Balduinum
Quirino ex una et Ferrarienses ex altera, que pacta fuerunt
facta per dominos Thomasinum de Fontana, Joannem de Trotis
et Ottolinum de Mainardis, arbitros electos per dictos nuntios
ad arbitrandum et definiendum omnia placita inter Venetos et
Ferrarienses prout in 19
- Anno supradicto et die fuit factum iuramentum a Nicolao de Bonis
et Albrigeto de Turdo aduocatis in manibus domini Rodulphi
Judicis et Vicarij Domini Marchionis Estensis in Ferraria, quod
iusti Judices et aduocati bona fide et sine fraude erunt inter
Venetos et Ferrarienses prout in 20
- Aliud pactum Ciuitatis Ferrariensis factum anno Christi 1230 tem-
pore Gregorij Pape et Frederici Imperatoris Augusti in Ducali
Palatio Venetiarum, ducante Inclito domino Jacobo Teupulo, per
annos decem cum conditionibus et capitulis prout legitur in . . . 21

fol.

- Pactum Jadretinorum postulantium a domino Rainerio filio Domini Ducis pacem propter eius misericordiam, promiseruntque ipsi Jadratini se electuros de Venetijs Archiepiscopum, qui subditus erit Patriarche Gradensi et ab eo consecrationem accipiet, simili modo et Comitem de Venetijs, qui iurabit fidelitatem Domino Duci cum singulis hominibus Jadrae, quod iuramentum singulis annis decem ab ipsis erit renouandum prout in . . . 24
- Quod Venetus non respondeat Ferrariensi sub Arbitris a. D. 1232 in 25
- Pactum factum inter Patriarcham Aquilegie et Ducem Venetiarum, uidelicet quod Veneti sint salui et securi per totum districtum Patriarchatus et quod dominus Dux habere debeat suum Vice-
dominum in terra Aquilegie ad faciendam plenam rationem, et iustitiam omnibus petentibus de Venetiis, ordine quo describitur infra. Actum Venetijs in hospitali Sancte Mariae Cruciferorum anno ab Incarnatione dei 1222. 8. Junij prout in 26
- Pactum Ragusij factum Venetijs anno Jesu Christi 1232 sub domino Jacobo Teupulo Inclito Duce Venetiarum, uidelicet quod Ragusini fidelitatem prestabunt domino Duci et petierunt, concedi Comitem de Venetijs ad uoluntatem domini Ducis et se electuros imposterum Archiepiscopum de Venetijs, qui Comes et Archiepiscopus erunt iuraturi fidelitatem et submissionem Domino Duci et successoribus suis; pariter et omnes homines Ragusij a tresdecim annis superius singulis decem annis iurabunt fidelitatem domino Comiti et successoribus suis cum alijs etiam pactis et conditionibus prout legitur in 27
- Pactum quod habet dominus Tyri cum Soldano de facto Casalis Battiole et aliorum Casalium in 29
- Exemplum cuiusdam Indulgentie concessae Ecclesie Sancti Marci per

Index Pactorum
Libri secundi.

	fol.
dominum Nicolaum Papam quartum, currente anno domini 1289 XIV Kal. Januarij in	30
Pactum inter Venetos et Paduanos factum Padue per Nuntios do- mini Ducis et Potestatem Padue, qui nuntij Veneti et Potestas Padue compromiserunt omnia litigia et discordias, que inter se uertuntur, in personis dominorum Thome Centernici ciuis Ve- netiarum et Gerardi de Gnanfo ciuis Padue, ut ipsi sint arbitri absoluti, dando eis plenam potestatem ad paciscendum, definien- dum, arbitrandum, sententiandum, prout eis placuerit et senserint inter se, et quod omnia firmiter ab utraque parte observabun- tur; actum anno Christi 1232. 11. Septembris prout in . . .	31
Anno 1233 primo Januarij Paduae in Camera Consilij de uoluntate et precepto dominorum Gerardi Gnanfi et Thome Centernici arbitrorum super negotio pacis et concordie faciente, ut supra, ac toto Consilio clamante fiat. Dominus Berardus de Riuolis Padue Potestas iuravit ad sancta Dei Euangelia per se et suos successores siue Rectores Padue, qui pro tempore fuerint, atten- dere et observare et observari facere, quidquid dicti arbitri concorditer super negotio pacis dixerint, laudauerint, sententia- uerint seu arbitrati fuerint, prout legitur in	32
Anno supradicto 1233. 4. Januarij in Claustro Sancte Mariae Cruci- ferorum Venetijs coram multis testibus dominus Gerardus de Gnanfo pro se et pro domino Thoma Centernico, habita eius auctoritate et commissione, sententiam laudum siue arbitrium seu preceptum in scriptis inter se factum pronuntiauit, dicens ut in Sacramentum fidelitatis hominum de Tergesto, id est, quod omnia ordinamenta et precepta, que dominus Dux Venetiarum cum suo Consilio eis fecerit in Ciuitate Tergesti tam de facto ligna-	33

*Index Pactorum
Libri secundi.*

fol.

minum, quam de facto salis et peregrinorum et aliarum nauium, que uenerint per mare, et omnia alia obseruabunt in perpetuum sub anno Redemptoris nostri 1233. 8. Augusti in	34
Capitula pacta et ordinamenta seu scripta facta et stabilita inter Dominum Ducem Venetiarum ex una et Joannem de Saluia nuntium Communis Ciuitatis Tergesti, in quo fuerunt mediatores Prior Sancte Mariae Cruciferorum et Nobilis Vir Petrus Geno de Venetijs, que debent a Tergestinis perpetuo obseruari in .	35
Capitulare siue iuramentum Judicum seu Consulum Tergestine Ciuitatis continens in modum, quo legitur in	35
Capitulare simile aduocatorum eiusdem Ciuitatis prout in	35
Anno Jesu Christi Saluatoris nostri 1094 mense Octobris Riualti. Inclitus Dux Dominus Vitalis Faletro, ne a multorum calliditate et insidijs latrocinia, que sepissime fiebant in Castro uocato Laureto, ulterius exercerentur, una cum Venerabili Petro Badouario Patriarcha Gradensi, hominibus Castellanis et caeteris omnibus, qui ibi uenturi sunt, et suis haeredibus ad perpetuum retinendum et possidendum ad sui suorumque successorum perpetuam fidelitatem totum predictum Castellum concessit, deditque cum omnibus suis, quod firmat, pertinentijs, cum hoc, quod usque ad medium Gaurum uiam a latronibus deffendere et securam illam semper reddere debeant, et per unumquemque mansionarium ex illis dare debeant pullos tres et denarios tres per annum, prout clarius legitur in	36
Pactum Fani factum a Consulibus et hominibus Communis ipsius cum Inclito Duce Petro Polano, in quo submissionem et fidelitatem promittunt Duci et Communi Venetiarum, et quauis oc-	

Index Pactorum
Libri secundi.

fol.

- casione bellandi auxilium pro suo posse prestabunt currente
anno Domini 1141 prout in 38
- Priuilegium Friderici secundi Romanorum Imperatoris Jerusalem et
Sicilie Regis, in quo Inclito Duci Domino Jacobo Teupulo ac
uniuersis Venetis per totum Regnum Siciliae eundo et rede-
undo, stando, emendo, uendendo, cum mercimonijs et sine, libere,
secure et indemne concessit anno a partu Virginis 1232 mense
Martij Venetijs sicut in 40
- Pactum siue concordia facta inter Inclitum Ducem Dominum Hen-
ricum Dandolum et commune Venetiarum et inter consules ac
communitatem Veronensium, submittentes se in pristinum pacis
et beneuolentiae statum atque promittentes, soluere libras de-
cem millia Venetiarum una cum alijs pactis et conditionibus
expressis, currente a. D. 1192 Verone et in alijs locis prout in 41
- Pactum initum inter Inclitum Ducem dominum Rainerium Genum et
Commune Venetiarum ex una et Venerabilem Virum dominum
Gregorium sanctae sedis Aquileiensis Patriarcham, ad faciendam
pacem et concordiam conuenerunt modis pactis et conditionibus
descriptis et clare expressis in eodem currente anno Christi
1254. 7. Aprilis Venetijs in Palatio Ducatus prout in . . . 43
- Juramentum factum a domino Patriarcha de obseruandis pactis et
conditionibus in praedicto pacto seu instrumento confectis et
expressis percurrente anno Domini 1254 praedicto 6. Junij Vtini
in Palatio Patriarchatus in 46
- Juramentum simile factum a Nobili Viro Domino Mainardo Comite
Goritiae, quod attendet et obseruabit omnia pacta et condiciones
expressa et expressas in predicto instrumento siue pacto inter
praedictum Dominum Ducem et dominum Patriarcham, confectum

*Index Pactorum
Libri secundi.*

fol.

currente anno suprascripto et mense in Foroiulio, in uilla uo- cata Praemarias, prout in	47
Pactum siue Priuilegium factum inter Inclitum dominum Manfredum Siciliae Regem et Inclitum Ducem dominum Rainerium Geno et Commune Venetiarum, id est, de securitate pro mercatoribus Venetiarum per totum Siciliae Regnum cum mercibus suis et alijs pactis et conditionibus inter sese confectis currente anno Domini 1259 mense Julij prout in	47
Aliud pactum siue priuilegium factum ab Inclito Duce Venetiarum Domino Rainerio Geno ad Magnificum dominum Manfredum Si- ciliae regem praedictum cum conditionibus in instrumento de- scriptis, currente anno Saluatoris nostri 1259 mense Julij Ve- tiji in ducali Palatio prout in	50
Pactum siue concordia facta inter praedictum dominum Ducem Rai- nerium Geno et commune Venetiarum ex una et Jacobum Jo- annis Plebani, Syndicum et procuratorem Potestatis et communis Firmi, pro dicto Communi Firmi cum modis et conditionibus de- claratis in instrumento confecto Venetijs in Palatio Ducali cur- rente anno Redemptionis nostre 1260 mense Martij sicut in .	51
Forma Syndicarum, de qua facta superius est mentio est in . . .	53
Pactum siue concordia inter syndicum Arimini pro communi Ari- mini et praedictum dominum Rainerium Geno Ducem Veneti- arum, uidelicet quod contra Rauennates cum domino Duce erunt nec hominem Rauennatem recipient in Arimini, quod mercato- rum Venetorum securitas et immunitas obseruanda sit in Ari- mini et suo districtu absque datio et drictura et caeteris con- ditionibus declaratis in instrumento Venetijs confecto currente anno Redemptoris 1260 mense Junij prout in	53

*Index Pactorum
Libri secundi.*

fol.

Pactum initum inter sanctissimum Patrem dominum Gregorium Papam et Ecclesiam Romanam ex una et dominum Jacobum Teupulum Inclitum Venetiarum Ducem et commune Venetiarum pro captione et occupatione Regni Siciliae, cum modis et pactionibus in instrumento expressis Anagnij per Oratores uel Sindicos Venetiarum, Nobiles Viros dominos Romeum Quirinum et Stephanum Baduarium, currente anno Jesu Christi 1239, anno Pontificatus domini Gregorij Papae praedicti XIII prout in . . .	55
Epistola papalis, que declarat, quales terrae dabuntur in feudum domino Duci, si per eum opera detur ad recuperandum regnum Siciliae in . . .	57
Alia papalis epistola, in qua exprimit, quod is, cui regnum Sicilie committetur, iurare debebit pactiones inter se et Ducem in instrumento confectas seruaturum in . . .	58
Tertia epistola papalis, quae promittit portionem lucri in regno Siciliae in . . .	58
Quarta epistola papalis pro eodem facto ad electum Gradensem et Episcopum Castellatum prout in . . .	59
Epistola domini Innocentij quarti ad Archidiaconum Anthiochenum, in qua mandat ei, ne iuribus Ecclesiae Sancti Marci Venetiarum molestiam inferre permittat, ipsamque Ecclesiam Ecclesijs sancti Marci Tyrensis et Acconensis preferat in iuribus atque preponat, currente anno Pontificatus eius septimo prout in .	59
Alia epistola papalis ad eundem Archidiaconum Anthiochenum, que imponit, ut super terris possessionibus, redditibus, prouentibus ac iuribus et alijs suis pertinentijs, que spectant ad dominum Ducem et Ecclesiam Diui Marci Venetiarum in regno Jerosolimitano, a quacunque persona minime molestiam inferre patiatur,	

Index Pactorum
Libri secundi.

fol.

- molestatores huiusmodi per censuram Ecclesiasticam compescendo.
Data Lugdunij septimo anno Pontificatus eius, ut in . . . 60
- Alia epistola domini Innocentij Papae ad Venerabilem Diui Marci
Venetiarum Ecclesie Primicerium, qui congruis temporibus mitra
et annulo et baculo pastorali libere uti ualeat, indulget dein-
ceps. Data Mediolani anno nono pontificatus eius ut in . . . 60
- Aliud pactum initum inter Venerabilem Virum dominum Gregorium
Patriarcham Aquileiensem et Dominum Rainerium Genum In-
clitum Ducem Venetiarum cum obligatione domini Patriarchae,
quod singulis annis debeat dicto domino Duci mittere duode-
cim panes unius starij pro quolibet et duodecim porcos suis
expensis, cum pluribus alijs pactis et conditionibus confectis
in instrumento diei septimae Aprilis a. D. 1254 Venetijs in 61
- Exemplum Sacramenti domini Gregorij Patriarchae praedicti de ob-
seruandis et attendendis omnibus et singulis pactis in praedicto
instrumento descriptis. Hoc fuit Vtini in ipsius palatio anno
praedicto die 6 Junij prout in 64
- Aliud exemplum Sacramenti domini Mainardi Comitis Goritiae de ob-
seruandis omnibus pactionibus in prescripto instrumento de-
scriptis inter dominum Ducem et dominum Patriarcham ante
nominatum; hoc fuit in quodam prato apud uillam uocatam Pre-
marias in Foroiulio 1254. 14. Aprilis ut in tergo 64
- Pactum Parentij, in quo promittunt homines ipsius Ciuitatis singuli,
iurare fidelitatem domino Henrico Dandulo Inclito Venetiarum
Duci et successoribus suis, ac persolvere singulis annis uiginti
arietes et quindecim libras olei pro sancti Marci Ecclesia, prout
in antiquo pacto, currente anno Jesu Christi 1205 ut in . . . 65
- Priuilegium papale siue epistola domini Alexandri 4. Pontificis ma-

Index Pactorum
Libri secundi.

fol.

- ximi ad dominum Ducem Venetiarum, in qua suscipit dictum dominum Ducem et commune Venetiarum sub Beati Petri et Pauli Apostolorum patrocinio eiusque protectione, currente anno primo Pontificatus eius, prout in 66
- Pactum inter dominum Gulielmum de Ossa Potestatem Verone et Inclitum dominum Henricum Dandolum Ducem Venetiarum in observandis deinceps iustitijs; conuenerunt modis et conditionibus contentis in instrumento diei quarte Octobris anni 1193 descripto in 66
- Pactum inter dominum Spinum de Surixina Bononiae Potestatem et Inclitum dominum Petrum Ziani Ducem Venetiarum in observandis imposterum iustitijs inter Venetos et Bononienses. Concordarunt se modis et pactionibus declaratis in instrumento confecto a. D. 1227 mense Julij Bononie, prout legitur in . 68
- Pactum Jadretinorum, in quo legitur se iterum rebelasse, et nunc in hoc pacto petijisse gratiam et misericordiam domini Ducis. At misericordiam motus Clementissimus dominus Jacobus Teupulus Venetiarum Dux cum suo Consilio ad ipsius gratiam reuocauit ciuitatemque cum suis pertinentijs eis benigne donauit currente anno Saluatoris nostri 1247, quod pactum exemplatum est in 69
- Aliud pactum Jadretinorum simile supradicto eiusdem anni cum subscriptione nominum plurium ipsorummet Jadretinorum ut in . 72
- Aliud pactum Jadretinorum, in quo ponuntur datia et dricture, quas Jadretini soluere debent tam de mercibus Venetias ducendis, quam de Venetijs in alia loca et regna deferendis, sub Dominio Incliti domini Marini Mauroceni Ducis Venetiarum et

Index Pactorum
Libri secundi.

fol.

- Bauduino Quirino Comite Jadre, factum Venetijs per syndicos ipsius Comitum currente anno Domini 1251, ut in 75
- Pactum conuentum et firmatum inter Inclitum dominum Laurentium Teupulo Ducem Venetiarum et inter Venerabilem Patrem Raimundum sancte Sedis Aquileiensis Patriarcham super quibusdam nouitatibus et certis grauaminibus impositis tam in datijs, quam in alijs rebus, per eundem dominum Patriarcham in damnum et grauamen hominum Venetiarum; sese conditionibus et pactis descriptis in instrumento concordie et pacis concordarunt currente anno Jesu Christi 1274, pro ut apparet exemplum in 76
- Priuilegium concessum a quondam Inuictissimo Imperatore Friderico secundo olim Inclito Duci Venetiarum domino Jacobo Teupulo. Confirmat denuo et renouat dominus Manfredus princeps Tarentinus, filius predicti domini Friderici Imperatoris, de mandato Illustris Regis Conradi secundi in regno Siciliae Baiulus generalis, Inclito Duci domino Rainerio Geno pro securitate omnium mercatorum Venetiarum, cum mercibus suis et sine, per totum dictum Regnum Siciliae currente anno Domini 1257: apparet exemplum in 79
- Aliud priuilegium praedicti domini Manfredi de restitutione bisantiorum, quos Andreolus de mari abstulit hominibus Venetiarum currente anno predicto, prout in 83
- De conuentione et pacto facto inter dominos Joannem Delphinum et Marcum Quirino Nuntios domini Ducis Venetiarum cum domino Manfredo praedicto pro soluendis quinquaginta milibus bisantijs praedictis in extractione alicuius summae frumenti de portibus Apuliae per eosdem Venetos ut in 84
- Exemplum cuiusdam pacti seu concordie tentate inter Episcopum

- Acconensem et Nobiles Viros, Joannem Dandulo Baiulum Acconensem ac eius consiliarios, super facto Sancti Demetrii, currente anno Domini 1260; apparet in 85
- Ratificatio et approbatio domini Philippi Decani et Capituli Accon capitulorum ac conuentionum, contentarum in praedicto instrumento inter Venerabilem Patrem dominum Florentium Episcopum Accon et inter Baiulum, Consiliarios, Plebanum et commune Venetorum in Accon, et specialiter super cura Parochiali Sancti Marci Venetorum et limitibus eius, nec non et obedientia ac subiectione a dicto Plebano eiusque successoribus prefato Episcopo et Ecclesie prestanda, currente a. Domini 1260, prout in 88
- Exemplum cuiusdam priuilegij Indulgentie per Dominum Gregorium Papam decimum concessae Domino Duci et communi Venetiarum, uidelicet, quod nemo Delegatus seu Subdelegatus possit dictum commune Ecclesiastico subponere interdicto; hoc autem fuit anno septimo pontificatus eius, prout in 88
- Exemplum solutionis census Ecclesie Sancti Marci de Venetijs pro Ecclesijs Sancti Marci Tyrensis et Acconensis pro tempore triginta quinque annorum. Exigit dominus Christophorus de Tholomeis de Senis, domini Papae Capellanus, executor censuum in Italia, ab Inclito domino Joanne Dandulo Duce libras tres et solidos sexdecim et decem denarios Venetiarum grossorum duobus bisantijs pro anno quolibet computatis, currente a. D. 1286 sub Pontificatu Domini Honorij Papae quarti, prout in . 89
- Aliud exemplum solutionis census, simile exigente domino Arnaldo Bononiensis Ecclesiae electo pro alio tempore triginta sex annorum florenos auri quadraginta octo duobus bisantijs pro quo-

*Index Pactorum
Libri secundi.*

	fol.
libet anno computatis, currente anno domini 1322 sub Pontificatu Domini Joannis Papae XXII anno 7, prout in	89
Aliud exemplum simile sub eodem Pontifice, secutum anno Domini 1333 anno pontificatus eius decimo octauo, prout in	89
Aliud exemplum simile, secutum anno Domini 1326 in	90
Exemplum cuiusdam Indulgentiae per Dominum Clementem Papam quartum factae Communi Venetiarum, id est, quod nemo Legatus, Delegatus seu Subdelegatus possit Ecclesiastico dictum Commune Venetiarum subponere interdicto, currente anno Pontificatus eius secundo, prout in	91
Exemplum cuiusdam instrumenti inter dominum Ducem Venetiarum et dominum Albricum de Romano, Taruisij Potestatem, in quo dominus Dux pro suo communi mutuo dedit dicto domino Albrico, pro se et suo communi mutuo recipienti, quinque millia librarum denariorum paruorum Venetiarum cum obligatione restitutionis ad tempus in dicto instrumento praefixum, currente anno Domini 1245, prout in	91
Exemplum pacti initi cum Pisanis, Ducante domino Laurentio Teupulo Inclito Venetiarum Duce, currente anno Domini 1273 in	93
Pactum firmatum et stabilitum inter Ariminenses nuntios et dominum Ducem et commune Venetiarum sub ducatu domini Joannis Dandulo Incliti Ducis, currente anno Domini 1280 in	94
Pactum et concordia inter dominum Thebaldum de Turisendo Ferrariae Potestatem et Inclitum dominum Henricum Dandolum Venetiarum Ducem, cum obligatione dictae potestatis et communis Ferrariae responsionis certae quantitatis panis et uini dicto domino Duci et Communi Venetiarum, currente a. D. 1200 tempore Innocentij Papae et Phylippi Regis, prout in	95

fol.

- Exemplum solutionis census Ecclesiae Sancti Marci Venetiarum pro Ecclesijs sancti Marci de Tyro et Acon ad ipsam spectantibus: pro duodecim annis sexdecim florenos auri Ecclesiae Romane Legato persoluit dominus Dux Andreas Dandolus pro dicta Ecclesia sub Pontificatu domini Clementis Papae sexti, currente anno Domini 1345, prout in 96**
- Pactum Regis Cipri, in quo cernuntur conuentiones et pacta et concordia pro mercatoribus Venetiarum in dicto Regno Cipri comorantibus uel per illud transeuntibus cum mercibus suis et loca, que dominus Amantinus Princeps et dominus Tyri et gubernator eiusdem Regni constituit atque concessit eisdem mercatoribus; Ducante Inclito Domino Petro Gradonico Duce Venetiarum, currente anno Domini 1306 in regno Cipri, prout in 97**
- Aliud pactum cum Jadratinis, in quo iterum Inclitus Dux Venetiarum post aliam rebellionem ipsosmet in sui gratiam recipit et ciuitatem Jadrae ad possidendam restituit, interuenientibus pro domino Duce Nobilibus Viris, dominis Balduino Delphino, Vitale Michaele ac Fantino Dandulo, prouisoribus exercitus Venetorum, cum pactis, modis et conditionibus in instrumento descriptis die 23 Septembris 1313, prout apparet in 100**
- Jura et bona Ecclesiae Sanctae Mariae de capite Brolii concessa et confirmata per dominum Ducem Joannem Superantium Religiosis Viris Fratri Nicolao de Parma, Priori domus Sancti Joannis Jerosolimitani de Venetijs, ordinis hospitalis Jerosolimitani et Fratri Bonacursio de Taruisio, uirtute litterarum domini Clementis Quinti Pontificis maximi, currente anno Domini 1312 in 104**
- Priuilegium Caroli Romanorum Imperatoris Augusti concessum domino Duci et Communi Venetiarum pro se et mercatoribus suis,**

*Index Pactorum
Libri secundi.*

fol.

- cum immunitatibus et exemptionibus et etiam grauaminibus expressis in dicto priuilegio Mantuae, confecto anno Jesu Christi octingentesimo octuagesimo tertio, prout in 106
- Priuilegium seu confirmatio et renouatio priuilegiorum Domini Henrici quarti (?) Romanorum Imperatoris ab antecessoribus suis, regibus et Imperatoribus, concessorum et eorum, quae in pacto Ottonis Imperatoris leguntur; Inclito Duce Venetiarum Ordelapho Faletro, currente anno Domini millesimo centesimo undecimo Veronae, ut in 107
- Simile priuilegium Lotarij, Romanorum Imperatoris siue confirmatio uel renouatio predicti currente anno Domini millesimo centesimo trigesimo sexto, prout in 111
- Simile priuilegium Friderici secundi (?) Romanorum Imperatoris Augusti siue confirmatio antecessorum praedictorum sub Inclito Duce Sebastiano Ziani Venetijs in Ducali Palatio, currente anno a natiuitate Domini millesimo centesimo septuagesimo septimo, prout in 114
- Sacramentum siue exemplum cuiusdam instrumenti pacis perpetuae, facte et promisse ab ipso Friderico secundo (?) Romanorum Imperatore praedicto domino Sebastiano Ziano Duci cum securitate omnium hominum uniuersitatis Venetiarum per uniuersum Imperium domini Imperatoris, quod instrumentum scribi precepit predictus Imperator super solarium domini Ducis, currente praescripto a. D. millesimo centesimo septuagesimo septimo in . . 117
- Aliud priuilegium Henrici 6 Romanorum Imperatoris Augusti siue confirmatio priuilegiorum ab antecessoribus suis regibus et Imperatoribus concessorum; prout legitur in pactis siue priuilegijs Ottonis, Henrici atque Lotarii et Friderici, patris eius. Ducante

fol.

- Inclito Viro domino Henrico Dandulo Venetiarum Duce, currente anno nostre salutis millesimo centesimo nonagesimo septimo in 118
- Aliud priuilegium simile siue confirmatio omnium suprascriptorum facta a domino Ottone quarto Romanorum Imperatore Augusto egregio Viro domino Petro Ziani Inclito Venetiarum Duci, currenti anno Redemptionis nostrae millesimo ducentesimo nono in 121
- Aliud priuilegium simile siue confirmatio et renouatio omnium suprascriptorum facta a Friderico secundo Romanorum Rege Inclito Viro domino Petro Ziani praedicto Venetiarum Duce, currente anno Saluatoris millesimo ducentesimo uigesimo, prout apparet in 124
- Priuilegium Ciuitatis Noue ab Inclito uiro Domino Ottone Duce Venetiarum cum suis iudicibus et consulibus terrae Venetiarum, currenti anno a partu Virginis millesimo decimo quinto, prout existit exemplum in 128
- Ex Obone Rauenate historico narratio intestini belli, orti inter Fridericum Barbarubeum et Octauianum, falsum Pontificem, contra Alexandrum tertium, uerum Pontificem, in qua narratur, in Italia hoc facto bellorum motus maximos exarsisse contraque ipsummet Fridericum et octauianum Ecclesiastici interdicti sententiam fulminatam ab Alexandro. Cum uero post aliquot annorum curriculos se uiribus imparem Alexander cognosceret, et neque exercitu, neque pecunia munitum se deprehenderet, Apuliam uersus priuato habitu properauit; quem cum in Apuliam profectum Fridericus censeret, grauissimo terra marique Alexandro Pontifici edicto interdixit. Currebat hic annus salutis nostrae millesimus centesimus septuagesimus sextus, pontificatus uero eius decimus septimus, cum nusquam Pontifex appareret, prout in . 129

*Index Pactorum
Libri secundi.*

fol.

leiensis 92. — Treugua Paleologi 75. Item 97. 131. 160. Item 225. 217. 168. — Tituli regum, Cardinalium, Baronum et aliorum 77. 78. 80. — Quibus preponatur dom. Dux 79. — Quibus preponatur. 80. 82. — Pactum Rauenne 83. 168. 209. 222. — Cartha augmentationis militiarum Crete 87. — Pactum Taruisij 91. 136. 174. 182. — Concessio Canee. 95. — Tregua cum Paleologo 97. — Pactum nouum Ceruie 99. 106. 166. 202. 216. — Pactum Portus Gruarij 105. — Pactum nouum Mediolani. 107. — Declaratio pactorum Mediolani. 115. — Pactum nouum Tunisij 117. — Tregua cum Paleologo 130. — Pactum Tunisij 135. — Concordia Mantue 131. — Pola. 133. — Pactum nouum cum Tunisio 138. 230. — Venditio dom. et Turris communis in Sancto Laurentio Potestatis in Istria 141. — Pactum Padue. 143. 148. Item Compromissi 150. Pactum Bononie 155. — Promissio facta dom. Episcopo pro officio hereticorum 160. — Tregua cum Imperatore Constantinopolitano 163. — Littera Papalis, quod non possumus interdici 163. — Concessio S. Vngareli Nadal 163. — Ceruia 167. — Rauenna 169. — Dom. Canis 170. — Rex Armenie 172. 173. — Coneglanum 196. — Syndicatus Venetiarum ad ligam contrahendam 198. — Taruisium 175. — Padua 195. Verona 195 et Vincentia. — Ceruia. 203. — Rauenna 210. — Ceruia 217. — Rauenna 222. — Mantua 223. — Paleologus 226. — Pactum Paleologi 222. — Vsbecgh 229. Mantua 230. — Rauenna 230. — Pactum Brixiae 233. — Pactum Bergomi 233. — Pactum nouum Laude 236. — Cum Imperatore Tartarorum 238. — Tregua cum Imperatore Constantinopolitano 238. — Cum Comite Alberto Goritie 240. — Cum Soldano 244. — Cum Ancona 246. — Contentio Episcopi Castellani pro decimis 247. — Cum Soldano 248. — Confirmatio pactorum Verone et Vincentie facta 1364. Carthe 251.

Liber Pactorum.

Tomus quartus.

(Enthält 17 Blätter vorangeschickter Indices und 422 geschriebene Textblätter.)

fol.

Spalatum 1327. Pactum Spalati, siue subiectio ipsius ciuitatis et districtus, suaui et justo Dominio nostro Venetiarum cum omni auctoritate et libertate

*Index Pactorum
Libri quarti.*

fol.

Regiminis et iurisdictione nobis tradita, saluis iuribus Regis Hungariae; cum auctoritate etiam mittendi unum de Nobilibus nostris electum per quatuor manus maioris Consilij in Comitem Spalati, qui reget ciuitatem in causis ciuilibus cum iudicibus Spalati; in criminalibus autem solus habebit arbitrium, non excedendo tamen in paenis statuta Spalati: cum salario librarum 1200 paruorum quolibet anno soluendo a dicto communi: cum pacto hominibus Spalati reseruato extrahendi de Venetijs sine datio lignamen et alia pro aedificandis domibus in Spalato. Ibit uero atque redibit Comes suis expensis, habebitque unum socium et notarium cum octo seruis. Non ibit ad conuiuium, neque donum recipiet; non faciet, nec permittet suis pecunijs fieri mercationes. Et haec sub paena hincinde promissa decem millium marcharum argenti et obligatione bonorum, cum generali renuntiatione et obseruatione omnium praedictorum iuramento a Spalatensibus praestito; promittentes reuerenter subesse ac obedire nobis etc., ut distinctius in . . . 1

Syndicatus Spalatinorum ad ultrascripta conficienda sequitur in . . . 4

Cyprum. 1328. Pactum firmatum inter dom. Hugonem Jerusalem et Cypri Regem, et dom. Joannem Superantio Ducem cum sequentibus capitulis, nimirum: Veneti gaudebunt franchisia per totum Regnum Cypri, eruntque a quocunque datio exempti, salua iurisdictione Baronum. Praeterca habebunt in Nicossia, Limesso, Famagosta et Baffo Ecclesiam, Logiam et domum pro Baiulo et plateam apertam, cum gratia emendi domos ad habitandum: sed non faciendi fortilicias. Insuper gestabunt bacculum, et facient bannum per totum Regnum et loca, ubi habebunt Venetum pro Rectore, poteritque Rector ponere et extrahere Venetos de carcere Regis. Non extrahent Veneti res uetitas a Rege, nec homines contra constitutionem Sedis Apostolicae. Item de Venetis cognoscendis et probandis, et non inuentis, qualiter puniendis. De litibus, de quaerellis, qualiter diffiniendis pro Venetis, et contra. De illis, qui obierint, res deueniant in potestatem Venetorum, dummodo non sint obligatae dom. Regi pro aliquo officio, uel appalto. Si autem Venetus naufragium passus fuerit, praestabitur ei iustitia, et dabitur a Rege auxilium ad recuperanda bona eius. Si uero Venetus ipse periret, bona erunt eius haereditum; alioquin Venetis, qui in partibus illis reperientur, permaneant. Vice uersa dom. Dux et commune Venetiarum erunt in amore perpetuo cum eo

*Index Pactorum**Libri quarti.*

fol.

et successoribus, promittentes, se numquam contracturos societatem cum quacumque persona contra Regnum Cypri, nec ullo modo praestituros auxilium, uel consilium alicui uenienti contra ipsum. Item Veneti erunt in deffensione locorum, in quibus reperientur, si expugnari contigerit; conceditur insuper dom. Regi posse extrahere de ciuitate Venetiarum equos et arma pro oportunitate suae Insulae. Baiulus, qui pro tempore fuerit in Insula, nullum affrancabit pro Veneto, nisi Venetum et fidelem nostrum, et de hoc iurabit Venetiis. Si uero Venetus suspectaretur res aliorum affrancare, iurabit coram Baiulo ad requisitionem Officialis Regis. Facientes etiam eidem dom. Regi finem et remissionem et pactum de omnibus iuribus et possessionibus, quas Veneti et commune solebant habere in Insula Cypri. Quae omnia una pars alteri firmiter obseruare promiserunt, ut clarius apparet in 6

Pola. 1331. 28. Maij. SVbiectio perpetua ciuitatis Polae nostro Ducali Dominio pro conseruatione sui status cum sequentibus modis, uidelicet: traderunt Polenses ciuitatem, uillas et castra, et omnia iura cum se ipsis Inclyto dom. Francisco Dandulo Duci, cum transmissione nuntiorum Venetias ad approbandum et ratificationem recipiendum de dicta submissione, renuntiantes omni exceptioni doli mali etc., cum reuocatione appellationum faciendarum Episcopo Rauenne, quae deuenient ad Curiam Ducalem. Comes enim, siue Rector Polae habebit a dicto communi in anno quinquaginta grossorum. Ducet secum Vicarium, cui dabit libras quatuor grossorum, et unum notarium, cui dabit soldos quadraginta grossorum, sex domicellos, unum cochum, duos sculiferos et sex equos. Qui Rector reget cum quatuor Consiliarijs dictae terrae in ciuilibus et criminalibus, exceptis homicidijs et alijs delictis grauibus. Officia terrae et districtus exercebuntur ab hominibus terrae. Sergius et Nassingueria cum haeredibus manebunt extra Polam. Possessiones emendae per Venetos et Polenses subiaceant factionibus Polae. Rector faciet inquisitionem de Venetis habitantibus Polae, et curabit ab ipsis fieri factiones Polae etc. 10

Syndicatus communis Polae pro praescripto pacto conficiendo 13

1328. Nona. Subiectio ciuitatis Nonae nostro Ducali Dominio pro securitate status ipsius, his nempe modis et capitibus obseruandis. Primo mittetur ad regendam dictam ciuitatem unus Nobilis de maiori Consilio Venetiarum, electus

*Index Pactorum
Libri quarti.*

fol.

per quatuor manus, qui nuncupabitur Comes Nonae, singulis duobus annis. Reget ipse Comes in ciuilibus et criminalibus cum iudicibus loci secundum eorum statuta: praeter de homicidio, uiolatione mulierum, incendijs et raurarijs, de quibus solus habebit arbitrium. Habebit insuper libras sexcentas paruorum in anno pro salario, et tenebit unum socium, et quatuor seruos: non ibit ad conuiuium, nec conuitabit, neque dona recipiet, nisi fructus recentes. Praeterea non faciet nec permittet fieri mercationes suis pecunijs. Possint homines loci extrahere de Venetijs materias pro aedificandis domibus eorum, et conducere Nonam, et ad hoc praesentabunt litteras Comitum Ducali Dominio; promittendo partes obseruare praedicta sub paena praefixa et obligatione bonorum. Renuntiantes omni exceptioni doli mali etc. et omni iuris auxilio, etc. non contrafacere etc. Qui syndici iurauerunt sacramentaliter pro se eorumque ciuitate, in perpetuum subesse Dominio nostro, ac oblationem obseruare, Comiti obbedire et reuereri. Quod sacramentum facient singuli de Consilio ipsius ciuitatis in ingressu sui primi Comitum, etc., ut clarius apparet in 14

1328. Cumac. Pactum Cumarum, siue Pax et Concordia ipsius Ciuitatis cum Inclyto viro dom. Joanni Superantio Duce et communi nostro super quibusdam iniurijs et damnis illatis inter utrumque commune, his uidelicet modis. Inprimis, quod uerus amor conseruetur, et omnes iniuriae remittantur his capitulis obseruandis. Quod Veneti sint securi in rebus et personis in ciuitate Cumarum et districtu, et soluant florenos duos auri pro qualibet balla cuiuscumque mercationis ad certum pondus limitatum. Pro sacco bombicis et lanae florenum unum auri. Pro balla pannorum de lana de petijs decem florenos duos. Pro balla cuiuscumque alterius mercationis florenos duos, tam eundo, quam redeundo. Item homines Cumarum in Venetijs sint salui et in districtu sicuri, et soluant datia consueta et pignoras de nouo ordinatas. Possint ponere Cumani suas res tantum in Riualto, et soluant datia ordinata pro ipsis. Possint praeterea stare in Venetijs cum familia sua in qualibet contrata. Pro debitoribus, quod nostri Iudices faciant rationem, sicut in Cumis nostris faciunt. In condemnationibus autem et processibus, quid obseruandum. De robarijs et furtis, quae hincinde fierent, qualiter se regent. Veneti transeuntes per Cumas et districtum cum quibuscumque mercationibus

*Index Pactorum
Libri quarti.*

fol.

nullibi soluant datium praeter tansam supradictam. Et ut in dictis mercationibus fraus non committatur, ordines tenendi sequuntur. Pro damnis a Venetis passis hucusque dabit commune Cumarum infra duos menses libras duo mille noningentas de mezanis de Cumis, quae faciunt libras octuaginta sex cum dimidia Venetorum grossorum. Restituent pariter duos capetios pannorum, aut libras duodecim, et soldum unum grossorum pro ualore eorum. Pro resto autem, quod debeant Cumani Venetis damnificatis, tenebunt ordinem rationis convenientem, cum refectione aliquorum Cumanorum damnificatorum. Si uero Cumani offerrent aliquem suum bonum debitorem, qui placeret damnificatis Venetiarum, ipsi damnificati recipient ipsum pro sua satisfactione.

Ordo datiorum distinctus incipit ad signum A in fol. 24 super diuersis et uarijs mercationibus hincinde transportandis, atque super sale et contrabanno, cum paena imposita contrabannis mercationum. Et datia, quae exigentur inde per soldum et libram, ualebunt ad soluendum damna supradicta Venetis damnificatis. Si uero aliquis Venetus damnificatus receperit pecuniam ab aliquo Cumano, restituetur ei de datio praedicto. Quinque mille librae uero paruorum, quas debet habere Girardinus de Pois de Brixia, non dantur ei nec alicui pro eo, sed sequestratae tenebuntur per nos, donec ipse cancellari fecerit pignoram acquisitam in curia Romaniae, seu in terris Regis Roberti contra ipsum commune Cumarum. Jurabunt insuper Venetijs per Sacramentum Cumani in manus uicedominorum tabulae Lombardorum, se fideliter dicta datia et pignoras persoluturos tam conducendo, quam extrahendo de Venetijs. De mercationibus Flandriae iurabitur, si tangerent Cumanos. Promittentes praedicta omnia et singula partes inuicem obseruare sub paena praefixa. Sequitur syndicatus communis Venetiarum ad praedicta conficienda in signo B.; in signo uero C. in fol. 27. sequitur syndicatus communis Cumarum. Quod pactum incipit in 18

Aquileia. 1335, 15. Julij. Pactum, pax et concordia firmata in perpetuum inter dom. Patriarcham Bertrandum Aquileiensem, et Franciscum Dandulo Inclytum Ducem et commune nostrum Venetiarum super quibusdam controversijs et discordijs ortis occasione iurium ciuitatis Polae et aliorum locorum in Istria hinc inde spectantium, cum infrascriptis capitulis, uidelicet: Restituet nobis

Aus d. Abh. d. III. Cl. d. k. Ak. d. Wiss. VIII. Bd. I. Abth.

(17) 17

*Index Pactorum
Libri quarti.*

fol.

- Patriarcha terra[m] Vallis cum Fortilicijs et adjacentijs eius. Non grauabuntur per nos Incolae Vallis propter Rebellionem. Terrae rebelles non destruentur per nos, sed reducentur in pristinum cum Incolis earum. Compromiserunt partes in Comitem Arbensem et Abbatem Monasterij Mosacensis circa iura terrarum ipsarum; sed durante Compromisso ipso omnia possideantur per nos. Si ciuitas aliqua rebellis fieret, Patriarcha non recipiet; immo si occurrerit, dabit gentem pro recuperatione: si uero ad manus Patriarchae deueniret, ipse nobis restituet, si e conuerso nos promisimus. Durante uero compromisso praedicto, et possidentibus nobis terras praedictas cum iuribus suis, soluemus annualim Patriarchae marchas argenti ducentas uigintiquinque cum certis clausulis. Includantur in hac pace, qui adhaeserunt nobis in bello. Confirmata fuerunt pacta celebrata 1300 et alia uetustiora cum remissione cuiuscunque paenae, in quam quaelibet pars incurrisset, et relaxatione carceratorum. Promittentes omnia obseruare sub paena et obligatione bonorum cum iuramento per syndicos facto de non contrafaciendo. Ac renuntiantes omnibus doli mali etc., ut clarius legitur in 29
- 1316 Leonissa pariens. Nota quaedam siue memoriale autenticum unius Leonissae parientis duos catulos in Ducali Palatio coram Serenissimo Duce Joanne Superantio, et pluribus personis Venetiarum, et aduenis, ut in 34
- Bulla Pontificia missa Priori et Conuentui Sanctae Mariae Nouae in Jerusalem de Venetijs Ordinis Sancti Marci pro exemptione decimarum super quibuscunque possessionibus ipsius Conuentus, ut apparet in 35
- Bulla similis missa Prioribus Monasteriorum Sancti Marci Mantuani, Sancti Spiritus Veronensis, et Sancti Thomae Vicentini Ordinis Sancti Marci, praedictam continens decimarum exemptionem Monasterij Sanctae Mariae Nouae in Jerusalem praescripti, ut in 36
- Constantinopolis. Pactum, siue initium cuiusdam pacti facti inter Imperatorem Paleologum et nostrum commune super quibusdam treuguis roboratis, et firmatis cum Sacramento, ut in 36
- Saphet. Epistola Bailij et admiraliij Castelli de Saphet de securitate omnium Venetorum uolentium ire ad partes illas, aut aggredi iter ad Sanctum Sepulchrum cum omni custodia et honore, ut in 38

*Index Pactorum
Libri quarti.*

fol.

Arbun. Scriptum non completum ordinum Domini Ducis, quos imposuit hominibus Arbi in 39

Constantinopolis 1302. Pactum factum Venetijs cum nuntijs Imperatoris Constantinopolitani super treuguis prius habitis cum sequentibus capitulis iuramento obseruandis. Primo, quod Capitula contenta in treuguis ante habitis firma habemus. Si Graecus intulerit damnum Veneto, corrigatur de Vestiario Imperatoris. Si autem Venetus damnum intulerit alicui Greco, emendatio fiat per Baiulum nostrum, aut Venetijs de bonis malefactoris, cum recta probatione tamen illorum, qui hincinde damnum passi fuerint, nisi damnum esset manifestum, et si esset dubitatio, fiat probatio per iuramentum damnum passi, aut testium. Quod omnes se abstineant negotiari salem, et masticam in suo Imperio. Remittantur damna illata inter Venetos et Januenses, nec teneatur Imperator aliquid satisfacere de his, quae commissa essent in Imperio suo, nec ipse nobis aliquid petere possit. Praeterea remittet omnia damna per stolum nostrum illata, in quo erat Capitaneus Nobilis Vir Rogerius Mauroceno, et reddat septuaginta nouem millia yperperorum cum alijs quatuordecim millibus, computato damno nauis per nostros captae, et ductae Nigropontum. Restituet nobis etiam septem millia yperperorum pro derobatione rerum aliquarum nauium euntium Constantinopolim, quando Baiulus detentus fuit, et fiet per nos inquisitio ueritatis de huiusmodi facto. De damnis uero per nos, aut nostros illatis fiet ratio et satisfactio. E contra de damnis nobis per illos illatis fiet ab Imperatore similiter ratio. Insulae captae per nos tempore belli pariter per nos tenebuntur, exceptis aliquibus, quas Imperatori dimittemus. Et hanc treugiam obseruabimus per decennium, et tantum plus, quantum placuerit Imperatori. Si uero post dictum tempus aliqua pars uellet renuntiare dictis treuguis, denuntiabit alteri, addito sex mensium termino, ut quisquis hincinde possit ad Patriam suam reuerti. Quae omnia supradicta debeant iuramento firmari a partibus, ut clarius est in 40

Taruisium. 1304. Pactum Taruisij factum inter nostrum commune, et dominum Rizzardum de Camino, Capitaneum generalem ciuitatum Taruisij, Feltri et Bellunae, ad amicitiam conseruandam, super sequentibus capitulis, videlicet: Quod ipse Capitaneus et commune Taruisij tenebunt palatas et stratas apertas in suo districtu hominibus Venetiarum, et erunt salui in personis et rebus.

*Index Pactorum
Libri quarti.*

fol.

Si contingeret bellum inter Taruisium et Paduam, non facient pacem cum Paduanis sine nostra uoluntate. Nec permittent Taruisini nobis damnum inferri a Paduanis. E contra si Paduani prouocabunt ipsum dom. Capitaneum, in continenti nostrum commune dabit milites equestres quingentos pro conseruatione Taruisij per duos menses nostris expensis. Si Paduani facient exercitum generalem, commune nostrum faciet in Taruisio septingentos equites et trecentos pedites modis ibi descriptis. Et quotiescumque euenerit aliquis casus huiusmodi Praesidiorum, Taruisini teneantur mouere guerram contra Paduanos. Et quousque hoc durabit, non faciemus pacem cum Paduanis, nisi interueniat dom. Rizzardus et Taruisium. Hec autem amicitia et confraternitas debeat stare firma per decennium cum stipulatione uicaria sub paena decem millium marcharum argenti, cum solemnii iuramento tactis scripturis hincinde praestito, et cum obligatione omnium bonorum pro obseruandis praedictis, ut in 44

Patriarcha Gradensis 1220. Priuilegium Papale Gradensi Patriarchae pro exemptione Ecclesiarum Venetarum in Romania, in 47

Priuilegium papale pro honorificentijs Patriarchatus Gradensis 49

Janua. 1270. Treugua per quinquennium celebrata inter commune nostrum Venetiarum et commune Pisarum ex una parte, et commune Januae ex altera, instante Rege Franciae super discordijs et bellis in partibus transmarinis contra se uicissim gestis, tali uidelicet ordine, quod durante treugua non offendetur a nobis commune Janue, nec aliquis districtualis. Contingente offensione Januensis per aliquem nostrum, quomodo satisfieri debet offenso. Patronus nauis, cum illuc applicuerit, exhibit et iurabit non offendere Januenses. Versa uice sic nobis promissum fuit stipulatione uicaria cum Sacramento de singulis attendendis sub paena quadraginta millium marcharum argenti pro pro quolibet capitulo non seruato, et sese submittentem in solidum partes pro maiori firmitate sub sententia excommunicationis a summo Pontifice ad hoc requisito ferrenda. Insuper cum idonea fideiussione praestanda a quolibet communi pro praedictis inuiolabiter obseruandis etc. Exprimendo quasdam obligationes, quas commune Januae habet cum dom. Tyri et cum dom. Carolo Rege Siciliae etc. 51

*Index Pactorum
Libri quarti.*

fol.

- Janua. 1283. Alia treugua similis per triennium celebrata in praedicta communia consimilibus capitulis et pactis in paucis mutata 57
- Janua. 1286. Alia treugua similis cum Januensibus Parmae celebrata per quinquennium duratura cum additione plurium capitulorum a partibus observandorum, ut in 63
- Janua. 1291. Treugua similis cum eisdem Januensibus Brixiae confecta per aliud quinquennium cum confirmatione omnium capitulorum in treuguis praescriptis contentorum cum aliqua mutatione et additione aliquorum, ut legitur in 69
- Padua. 1304. Pactum Paduae siue Pax perpetua celebrata super omnibus quaestionibus, litibus et bellis ortis inter nostrum commune Venetiarum et Paduae cum sequentibus capitulis in perpetuum observandis, uidelicet: Infra octo dies amoveantur exercitus utriusque communis, et omnes fortificiae remaneant ad partium arbitrium. Remittantur hincinde omnes offense et captivi relaxentur. Restituantur praeterea omnes possessiones hincinde occupatae illis, quorum erant. Et omnes stratae aperiantur, sicut ante. Insuper eligantur arbitri, qui examinent iura communium sententiamque proferant super omnibus litibus cum Sacramento, cui stetur et exequatur in effectu firmiter cum stipulatione et promissione observandi omnia praedicta nominibus suarum ciuitatum et ciuitatis Vincentie et Verone, sub paena mille marcharum argenti et sub obligatione omnium bonorum ipsorum communium. Quae omnia Sacramento promiserunt attendere et observare. Syndicatus Venetiarum ad praedicta conficienda sequitur ad signum A, et syndicatus communis Paduae sequitur ad signum B. Quod pactum factum est Ducante Inclyto Viro Petro Gradonico, ut in 74
- Padua 1304. Protestatio facta Taruisij per Syndicos nostros Syndicis communis Padua, quod, si contingeret aliqua rixa siue discordia et bellum oriretur inter communia Paduae et Taruisij, dom. Dux et commune nostrum auxilium dabit communi Taruisij, non obstantibus capitulis et pace superius descripta, non intelligentes propter hoc frangere dictam pacem et aliquod capitulum in ea contentum aut in paenam incidere. Quam protestationem acceptauerunt Syndici Paduae, et consenserunt et approbauerunt in omnibus, ut clarius legitur in 81
- Ferraria. 1240. Pactum Ferrariae duraturum per decennium super securitate mercatorum et mercationum et pro exemptionibus datiorum et pro aliquibus

Index Pactorum
Libri quarti.

fol.

datijs soluendis, et victualibus et bladis extrahendis et transeundis per Ferrariam et districtum, super satisfactionibus fiendis pro Massa et sententijs ab arbitris pro ipsis possessionibus pronuntiando, et super negotio salis et canapi et aliarum mercationum cum pluribus capitulis in pacto celebratis, ut in	83
Ferraria. 1240. Praeceptum dom. Gregorij de Montelongo dom. Papae notarij, Apostolicae Sedis Legati, quo praecipit dom. Stephano Baduario Potestati Ferrariae et omnibus Ferrariensibus, quod debeant confirmare et observare pacta omnia et conuentiones et ordinamenta, olim facta inter commune Venetiarum et commune Ferrariae tempore Jacobi Teupulo Ducis et dom. Vberti de Marinate, ciuis Mediolanensis, Ferrariae Potestatis etc.	89
Ferraria. 1240. Aliud pactum simile suprascripto inter nostrum commune Venetiarum et commune Ferrariae duraturum in perpetuum consimilibus capitulis et clausulis	90
Ferraria. 1258. Pactum eiusdem ciuitatis Ferrariae super diuersis datijs remouendis et imponendis et super strata Padi et super pluribus capitulis obseruandis, ut in	97
Syndicatus communis Venetiarum pro conficiendo pacto cum communi Ferrariae, ut in	100
Ferraria. 1273. Aliud pactum Ferrariae in perpetuum obseruandum ad firmitatem indissolubilis amoris et pacis utriusque communis super diuersis controuersijs et rixis, ortis occasione datiorum impositorum contra formam pactorum praeteritorum, et super pluribus capitulis obseruandis, confirmandis et renouandis de nouo, cum electione trium uirorum ad diffiniendum quaestiones de Massa et observatione illarum diffinitionum, cum iuramento etiam Marchionis Estensis, quod pactum includit stratam Aticis et alia, ut in	101
Ferraria. 1273. Pactum salis cum Ferraria eiusdem anni sequitur in	103
Ferraria. 1273. Syndicatus communis Ferrariae ad praedictum pactum conficiendum in	106
Massa. 1274. Pactum Ferrariae pro Massa	107
Athex. 1274. Pactum pro strata Athicis	108
Sal Ferrariae. 1290. Syndicatus Ferrariae pro facto salis	110
Alius syndicatus Ferrariae pro sale	111
Pactum salis sequitur	112

Index Pactorum
Libri quarti.

fol.

- Flumen Padi teneatur uniuersis hominibus apertum per Ferrarienses cum iuramento, ut est in 116
- Aquileia. 1304. Instrumentum Compromissi siue Compromissio facta inter dom. Ottobonum Patriarcham Aquilegiae et dom. Petrum Gradonico Ducem et nostrum commune super omnibus iuribus et iurisdictionibus prouinciae Istriae in personam dom. Papae creati uel creandi, qui tamquam arbiter diffiniat, prout sibi iustum uidebitur, ut in 118
- Aquileia. 1304. Pactum, promissio siue concessio facta per dom. Patriarcham Aquilegiae, dom. Duci et nostro communi, quod durante compromisso praedicto possimus uti omnibus iuribus et iurisdictionibus tam nobis, quam illis spectantibus in praedicta Prouincia Istriae, propter quod soluamus ei marchas argenti quadringentas quinquaginta quolibet anno ad usum Foriulij, ut in 119
1306. Prorogatio temporis, quo comparendum est coram summo Pontifice pro praedicto compromisso, ut in 121
- Ceruia. 1293. Pactum Ceruiae pro facto salis et aliarum mercationum, exemptione datiorum et securitate Venetorum, et quae datia sint soluenda cum caeteris capitulis, ut in 122
- Due prorogationes temporis praedicti pacti Ceruiae 128
- Tunisiu. 1305. Pactum Tunisiij siue Pax per decennium super securitate Venetorum in personis et hauere. Concedendo Fonticum in Tunisio, Ecclesiam, Furnum et habitationem in omnibus suis terris et Consules et scribas ad iustitiam faciendam, declarando datia soluenda super omnibus mercationibus et exemptiones etiam gaudendas a mercatoribus nostris, ut in 128
- Massa Fiscaliae 1219. Instrumentum unius investiturae siue feudi ciuitatis Ferrariae pro Massa Fiscaliae de cunctis, qui iuerint ad habitandum dictam terram cum onere alicuius solutionis annuae, ut in 134
- Padua et Clugia. 1348. Sindicatus pro factis spectantibus Pactis Padue pro quadam compositione aliquarum nouitatum factarum per illos de Clugia et ceterorum 139
- Aquileia. 1254. Pactum Aquilegiae siue Pax facta inter commune nostrum et dom. Patriarcham Gregorium super aliquibus discordijs, ortis hincinde cum pluribus capitulis continentibus ius nostri Vicedomini in Aquileia et securitate

*Index Pactorum
Libri quarti.*

fol.

- omnium mercatorum et mercationum hincinde, cum explicatione datiorum hincinde soluendorum etc., ut in 145
- Aquileia. 1274. Aliud pactum cum Patriarcha Aquileie super aliquibus compositionibus nouitatum impositarum per dom. Patriarcham hominibus Venetiarum contra formam capitulorum pacti praescripti, et super omnibus datijs, et confirmatione et ratificatione pacti praedicti cum aliquibus additionibus etc., ut in 149
- Aquileia. 1277. Sacramentum factum per dom. Patriarcham Aquileiae praedictum pro obseruandis pactis et cunctis capitulis in eis contentis, ut in . 152
- Aquileia, Goritia et Tergestum. 1285. Pactum, pax et concordia firmata inter nostrum commune ex una, et dom. Patriarcham Aquileiae, Comitem Goritiae et commune Tergesti ex altera, super uniuersis rixis, contentionibus et bellis diu habitis in prouincia Istriae, cuius pacis fuit mediator Episcopus Concordiensis 153
1295. Aliud pactum et pax firmata inter praedictum Patriarcham, Goritiam et Tergestum super bellis saevissimis ortis denuo in Foroiulio et Istria, cuius pacis mediatrix fuit ciuitas Paduae, ut legitur in 161
- Padua. 1312. Pactum Paduae pro conseruatione amoris uigentis inter nos et Paduam super plurimis capitulis, firmatum pro confinibus utriusque communis et lecto dando flumini Brentae et super alijs stratis, et securitate hincinde cum datijs impositis siue imponendis super quibuscumque mercationibus et aliquibus exemptionibus etc. 169
- Bononia. 1273. Pactum Bononiae siue pax perpetua super bellis hincinde habitis super facto salis et super plurimis alijs negotijs, ut in 175
- Ratificatio syndicorum Venetiarum et Bononiae pacti siue pacis praedictae cum explanatione syndicatus eorum, ut in 180
- Aquileia. 1303. Pactum Aquileiae ad antiquam amoris conseruationem factum inter dom. Ottobonum Patriarcham et dom. Petrum Gradonico Ducem pro securitate Venetorum et Aquileiensium hincinde, et etiam pro correctione damnorum illatorum hincinde, de nouitatibus impositis, de explicatione datiorum pro mercationibus, de uictualibus extrahendo et de iure reddendo a Vicedomino in Aquileia et de pluribus alijs capitulis in pacto insertis, ut in 184
- Aquileia. 1300. Aliud pactum Aquileiae simile ultrascripto sequitur in . . . 189

Index Pactorum
Libri quarti.

	fol.
Ratificatio pacti praedicti et omnium capitulorum in eo contentorum facta per dom. Patriarcham	197
Ratificatio eiusdem pacti facta per Capitulum Aquileiae	197
Mediolanum. 1268. Pactum Mediolani factum per tres annos pro securitate Venetorum et exemptione datiorum, excepto pedagio pro uictualibus et mercationibus et alijs extrahendis et transeundis, pro negotio salis et datio eiusdem, cum declaratione datiorum aliarum mercationum, pro iure reddendo et pro pluribus alijs capitulis, ut in	198
Syndicatus Venetiarum ad praedictum pactum conficiendum	204
Mantua. 1307. Pactum Mantuae pro strata Padi	206
Tunisiū. 13020. Pactum Tunisijs siue priuilegium nobis factum pro securitate Venetorum et mercationum et modo uendendi et emendi mercationes et iure faciendo, cum pluribus alijs capitulis datiorum et caeterarum rerum	206
Mantua. 1277. Pactum Mantuae pro strata Padi tenenda et aperta et segura omnibus Venetis et rebus eorum. Item de negotio salis et de datijs omnium mercationum cum declaratione hostium Mantuae et Venetiarum, ut in	209
Mantua. 1257. Aliud pactum Mantuae	217
Verona. 1292. Pactum Veronae super diuersis discordijs subortis inter communia Venetiarum et Verone. Inprimis, quod strata Athicis sit tenenda aperta et segura, et omnes aliae uniuersis Venetis praeter bannitis et inimicis Verone, excepto tempore belli. De modo iuris reddendi et datiorum impositorum et rerum extrahendarum de Verona, cum pluribus capitulis in pacto contentis, ut in	220
Syndicatus communis Veronae ad praedictum pactum conficiendum	224
Pola. 1299. Pars capta in Quadraginta, quod permittantur muri siue parietes illis de Pola, ut est in	226
Pola. 1300. Contentatio hominum de Pola et approbatio partis praedictae captae in Quadraginta pro conseruatione murorum reaedificatorum per Polenses usque ad uoluntatem Domini Ducis, ut legitur in	226
Epistola Potestatis Polae ad Dominum Ducem de praedicto facto murorum siue parietum Polae	227
Pisa. 1257. Pactum Pisarum siue societas et liga facta cum nostro communi contra Januenses, duratura per decennium ad inuicem se iuuandum et	

*Index Pactorum
Libri quarti.*

fol.

faciendum in terra et mari ubique contra eosdem, cum plurimis conuen- tionibus et capitulis in ipso pacto insertis	228
Aliud pactum communis Pisarum pro facto praedicto et prorogatio temporis per quinquennium	236
Vallis. 1332. Pactum terrae Vallis siue subiectio ipsius loci cum Sacramento omnis fidelitatis factae nostro communi Venetiarum in perpetuum pro ma- iori securitate terre illius, cum diuersis clausulis et capitulis in eo insertis, ut in	241
1261. Priuilegium factum a dom. Duce et communi nostro magistro Domi- nico de Sancto Salvatore, filio quondam Leonardi Maglauachae, cui con- cessi et dati fuere passus ducenti per longum et per latum passus centum quingenta de littore Sancti Nicolai, ubi est rota, ad gaudendum in per- petuum cum suis haeredibus et faciendum sibi uineam aut hortum, prout eis placuerit, pro qua possessione soluent annuatim uiginti quinque melones de primis et melioribus, ut in	245
Ragusium. 1232. REconciliatio Ragusij. Pactum et subiectio ipsius ciuitatis nostro Ducali Dominio, cum petitione Comitum per nos mittendi Ragusium ad nostram uoluntatem et electione Archiepiscopi per eos, cum plurimis alijs capitulis et conuentionibus super iure reddendo et mercationibus et datijs etc., ut in	246
Bulla Clementis Tertij summi Pontificis missa Archiepiscopo Ragusino pro eius honorificentijs et pro conseruatione bonorum Archiepiscopatus ipsius, ut in	250
Ragusium. 1236. Aliud pactum Ragusij siue reconciliatio consimilis pacto ultrascripto cum aliquibus capitulis additis et aliquibus mutatis, ut in	252
Ragusium. 1252. Aliud pactum Ragusij pro renouatione praedictorum	256
1291. ADmonitio aut priuatio facta uacante Episcopo per Archidiaconum, Vicarios et Capitulum Ecclesiae Castellanae super aliquibus clericis, qui contra inhibitiones et constitutiones eiusdem Ecclesiae arma deferunt et alia committunt, ut in	260
Ancona. 1281. Syndicatus communis Anconae ad faciendam puram et per- petuam pacem cum nostro communi Venetiarum, et ad remittendam omnem iniuriam, et ad restituenda omnia bona ablata, et ad Sacramentum prae- standum in animam Potestatis et communis Anconae pro praedictis et alijs obseruandis, ut in	261

*Index Pactorum
Libri quarti.*

	fol.
Ancona. 1281. Pactum pacis uigore praedicti syndicatus sequitur in . . .	263
Recanatum. 1238. Pactum Castri Recanati factum cum nostro communi pro diuersis negotijs agendis circa blada, mercationes, datia, mensuras, ex- emptiones et alia, cum subiectione et sacramento omnis obedientiae nobis praestandae etc.	267
Rauenna. 1299. Pactum Rauennae de negotio salis et de certa quantitate pecuniae a nobis soluendae communi Rauennae et de alijs negotijs et ca- pitulis, ut in	270
Protestatio Domini Ducis facta syndicis communis Rauennae, quod finito ter- mino pactorum inter ipsa communia Veneti et fideles possint conducere salem de Clugia per Padum et per totum districtum Rauennae sine aliquo datio	273
Rauenna. 1298. Syndicatus communis Rauennae pro recipiendis tribus ratis pecuniae a nostro communi, de quibus fit mentio in suprascripto pacto 1299 et de praedicto negotio salis	275
Papia. 1299. Conuentiones et pacta, pro quibus sal de Venetijs portatur Papiam	277
Mediolanum. 1299. Pactum Mediolani siue conuentiones factae per terminum sex annorum pro facto salis concedendi dicto communi Mediolani, ut . . .	279
Constantinopolis. 1285. Pactum cum Imperatore Constantinopolitano subscriptum per dom. Joannem Dandulo Ducem pro firmanda et roboranda treugua decem annorum, cum renouatione conuentionum et Capitulorum in elapsis treuguis contentorum et cum addictione aliquorum, ut apparet in . . .	282
Pactum siue treugua praedicta dom. Imperatoris Constantinopolis per ipsum firmata, ut iacet in	291
Insula Nigropontis 1216. COncessio tertiae partis Insulae Nigropontis per Baiulum nostrum Nigropontis dom. Merino et Rizzardo fratribus de Car- cere cum hoc, ut curent proficuum et honorem Domini Ducis et communis nostri in eadem Insula, et soluant annuatim nuntijs nostris in festo Sancti Michaelis yperperos auri septingentos et unum examitum auro textum pro dom. Duce et unum pannum ad ornatum pro Altare Sancti Marci, cum alijs clausulis ibi contentis, ut in	300
1216. Promissio fidelitatis dom. Guillielmi de Verona domini tertiae partis Nigropontis siue ratificatio capitulorum in instrumento concessionis eiusdem	

*Index Pactorum
Libri quarti.*

fol.

per Baiulum sibi tradite contentorum cum omni subiectione et obseruatione singulorum, quam promissionem fecit dom. Duci et nostro communi, ut in	303
1258. Instrumentum cuiusdam tractatus praedicti dom. Guillelmi de Verona Dominatoris tertiae partis Nigropontis cum Baiulo nostro in Nigroponte, ad faciendam toto suo posse uiuam guerram contra Principem Achayae, cum capitulis ibi expressis in	306
Creta. Epistola transmissa dom. Petro Gradonico Duci et communi nostro per nostrum Ducam Cretae de tractatu pacis fiendae cum Alexio Kalerghio contra nos rebelle	310
Sequitur forma pacis firmatae cum Alexio Kalergio ultrascripto	311
Pola. 1145. (?) Sacramentum fidelitatis ciuitatis Polae factum nostro Ducali Dominio cum exhibitione obseruandi aliqua capitula occasione belli contingentis contra quoscumque, ut in	314
Aliud pactum et concordia ciuium Pole praestantium sacramentum fidelitatis nostro communi una cum ciuitatibus Parentij, Nonae et Humagi, ut in	316
1243. Aliud pactum Polae siue iuramentum obseruandi pacem celebratam in 1242 cum omnibus capitulis in ea contentis, in quo pacto sunt descripta nomina hominum Pole in	318
Jadra. 1247. Pactum Jadrae debellatae propter rebellionem contra nos factam; in quo pacto reuocati sunt iterum Jadretini ad gratiam nostri Dominij et firmata sunt plurima capitula et conuentiones circa Archiepiscopum et Comitem et ius reddendum etc., ut in	325
Nomina hominum Jadretinorum sequuntur, ut in	331
Jadra. 1251. Pactum Jadrae de facto mercium et de datio soluendo in Venetijs in	333
Rex Hungariae. 1322. (?) Compositio inita inter dom. Regem Hungariae et dom. Petrum Ziani Ducem super factis Jadrae et passagio ultramarino et securitate Venetorum et Hungarorum	335
Sybenicum. 1322. Iuramentum fidelitatis factum a ciuitate et hominibus Sybenici	338
Tragurium. 1322. Iuramentum fidelitatis hominum Tragurij	341
Constantinopolis. 1310. Treugua duodecim annorum cum Imperatore Constantinopolitano sub eisdem conuentionibus et capitulis immutabilibus contentis in praecedentibus treuguis	343

*Index Pactorum**Libri quarti.*

fol.

- Hospitalis S. Joannis in Jerusalem. 1312. Jurisdictio Hospitalis Sancti Joannis Jerosolimitani et ordinis Militiae Templi super domo et Ecclesia Sanctae Mariae de Capite Brolij de Venetijs, cui ordini vigore litterarum Apostolicarum dom. Dux exhibuit auxilium et brachium saeculare ad expellendum quemdam fratrem Emanuelem, per quem ipsa domus detinebatur etc. . 346
- Padua. 1268. Pactum et concordia Paduae super diuersis repraesalijs hincinde factis et super arbitris hincinde eligendis pro compositione ipsarum, qui decident iuramento quaestiones omnes, et super datijs salis, bladorum et mercationum de nouo impositis, quae remittentur per Paduanos, cum pluribus alijs capitulis inuiolabiter obseruandis 349
- Padua. 1277. Aliud pactum Paduae pro reformatione Capitulorum in alijs pactis contentorum et pro tractatu emptionis bonorum dominorum Petri et Andreae Geno, fratrum de Venetijs, quae habent in Padua et districtu, cum pluribus alijs capitulis in 352
- Padua. 1290. Syndicatus Venetiarum ad tractandum cum communi Paduae super damnis datis et quaestionibus et petitionibus et quaerimonijs ciuilibus compromittendis in arbitros, et super alijs capitulis 358
- Trapesunda. 6827 a constitutione Mundi. Priuilegium Imperatoris Trapesundae pro scala fienda pro mercatoribus nostris in suo Imperio, cum securitate omnium et datio soluendo 370
- Sybenicum. 1322. SVbiectio perpetua ciuitatis Sibenici nostro Ducali Dominio cum omnibus eorum iuribus et bonis tam in ciuitate, quam districtu, saluis honorificentijs et iuribus Regis Hungariae et cuiuslibet alterius personae, cum pluribus capitulis obseruandis pro gubernatione dictae ciuitatis . . 373
- Syndicatus communis Venetiarum pro recipienda dicta ciuitate Sybenici . 378
- Syndicatus similis pro recipienda ciuitate Tragurij 379
- Tragurium. 1322. Subiectio siue instrumentum subiectionis ciuitatis Tragurij 381
1289. Littera Papalis occasione inquisitionis haereticae prauitatis . . . 385
- Padua. 1290. COMpromissum inter nos et Paduam super omnibus damnis, grauaminibus impositis et repraesalijs concessis et quaestionibus et petitionibus, quae per commune Venetiarum moueri possent contra Paduanos, et super pluribus alijs rebus insertis in 387

*Index Pactorum
Libri quarti.*

fol.

Padua. 1268. Aliud pactum Paduae super arbitris eligendis pro facto pignorationum et repraesaliarum et datiorum denuo impositorum etc.	400
Padua. 1270. Aliud Pactum initum inter nostrum commune et Paduam	403
Janua. 1299. Pax Januae mediante communi Mediolani	410
Constantinopolis 1265. Pax perpetua cum Imperatore Constantinopolitano firmata, cum pluribus conuentionibus pactis et capitulis in	417

Finis Indicis Quarti Libri Pactorum.

Liber Pactorum.

Tomus quintus.

(Enthält 16 Blätter vorangeschickter Indices und 480 geschriebene Textblätter. Angehängt sind in 14 Blättern: *Ex Bone Ravennate historico.*)

fol.

1337. 12. Octobris. Pheudum Castrorum sub diocesi Cenetensi. Pheudum siue Inuestitura pheudi plurium castrorum facta per Reuerendissimum in Christo Patrem dom. Franciscum Episcopum Cenetensem Nobilibus Viris, Sancti Marci Procuratoribus, quae castra siue pheudum possidebatur per Dominos de Camino, superiores Comites Cenetenses, et post eorum obitum in ipsum Episcopatum deuentum. Et hoc cum quibuscumque iuribus ciuilibus et criminalibus alijsque in instrumento descriptis tradidit, ut cernes in	1
Pheudum de Valle Marenì 1339. (correctum in 1439) 13. Julij. Instrumentum Domini Marini Faletro de Inuestitione facta per dom. Episcopum Cenetensem de Castro Vallis Marenì	4
1373. Ducante Serenissimo Duce Andrea Contareno. Victoria notabilis nostrae Reipublicae contra dom. Paduae Franciscum de Carraria in partibus Lupae, quam lege in	6
1344. 5. Februarij. Ducante Serenissimo Principe Andrea Dandulo. Instrumentum de Dominio ciuitatis Taruisij et districtus tradito dom. Duci praescripto	

Index Pactorum
Libri quinti.

fol.

et communi Venetiarum pro pacifico statu ciuitatis et subditorum eiusdem alijsque causis descriptis in	7
Die supradicto. Sequitur instrumentum Syndicatus communis Taruisij eiusdem diei in	15
1334. 10. Februarij. Instrumentum datae seu traditionis de Dominio ciuitatis Taruisij et districtus	18
Eodem mense et Indictione. Instrumentum iuramenti fidelitatis et obedientiae	22
1344. 21. Februarij. Instrumentum possessionis acceptae de ciuitate et di- strictus Taruisij per Syndicum communis Venetiarum	23
1344. 26. Februarij. Instrumentum possessionis acceptae de Castro Cauolani districtus Taruisij	32
1343. 2. Octobris. Laudatio per dom. Rizardum de Camino et Gerardum fratres de Inuestitione facta per dom. Episcopum Cenetensem de Seraualle et alijs castris, lege in	34
1343. 3. Octobris. Instrumentum concessionis, licentiae et concensus facti dom. Episcopo per dom. Procuratores, ut possit inuestire Dominos de Camino de certis castris, ut cernes in	37
1343. 5. Octobris. Instrumentum Procuraе factae in personam Domini Nicolai Zancani per dom. Procuratores ante dictos	39
1343. 9. Octobris. Instrumentum institutionis nuntij iurati et Sacramentum ipsius	42
Die praedicto. Commissio facta per dom. Episcopum eius nuntio de praesen- tando Canonicis et figendo in portis Ecclesiae Cenetensis litteras suas	43
1343. 11. Octobris. Instrumentum relationis factae per nuntium iuratum de praesentatione litterarum facta Canonicis et de affixione ipsarum in portis Ecclesiae	44
Die praedicto. Instrumentum compositionis Canonicoꝝ et protestationis factae contra non prae bendatos et sententiae contumaciae contra non comparentes et praemonitionis factae per dom. Episcopum, quod singulis diebus compa- reant coram eo	46
Die praedicto. Instrumentum primi tractatus Canonicoꝝ praedictorum	48
1343. 12. Octobris. Instrumentum secundi tractatus Canonicoꝝ eorundem	50
13. Octobris. Instrumentum tertii tractatus Canonicoꝝ	52
14. Octobris. Instrumentum ratificationis et innouationis factae per dom. Epis- copum et Canonicos Cenetenses Dominis Procuratoribus de prima inuestitura	54

Index Pactorum
Libri quinti.

fol.

1343. 14. Octobris. Instrumentum commissionis factae per dom. Episcopum Vicario suo, quod ponat in tenutam dom. Nicolaum Zancani nomine dictorum dominorum Procuratorum	58
Die eodem. Instrumentum possessionis acceptae de Cauolano	60
15. dicti. Instrumentum possessionis acceptae de Regenzolo	61
Die dicta. Instrumentum possessionis acceptae de Serraualle	63
Die dicta. Instrumentum possessionis acceptae de Formeniga	64
16. Octobris. Instrumentum primi tractatus pro Dominis de Camino	66
1343. 17. Octobris. Instrumentum secundi tractatus pro Dominis de Camino	70
18. Octobris. Instrumentum tertij tractatus pro Dominis de Camino	74
19. Octobris. Instrumentum inuestiturae factae Dominis de Camino	78
Eodem die. Instrumentum procurae dom. Episcopi, Capituli et Canonorum ad ponendum in tenutam Dominos de Camino	83
Die supradicta. Instrumentum Procurae Dominorum de Camino ad accipiendam tenutam a Procuratore Domini Episcopi	85
Die 20. Octobris. Instrumentum possessionis acceptae de Castro Costae Vallis Marenì	86
Die supradicto. Instrumentum possessionis acceptae de Castro Suligetti	88
1343. 21. Octobris. Instrumentum possessionis acceptae de Castro Fregone	89
Die supradicto. Instrumentum possessionis acceptae de Castro Crudignani	91
1345. 25. Junij. Pacta facta et firmata cum Domino et communi Paduae super facto fugitiuorum et sententiarum per curias utriusque ciuitatis, scilicet Venetiarum et Paduae, ac etiam aliorum malefactorum, prout in eis plenius continetur	93
1345. 21. Junij. Syndicatus Domini et communis Paduae factus pro praedictis pactis firmandis cum communi Venetiarum	97
Die eodem. Instrumentum laudationis et approbationis Domini Paduae super dictis pactis	99
1339. 20. Octobris. Forma declarationis Pacis factae cum Dominis della Scalla, pluribus cum capitulis ibi descriptis, ut in	100
1339. 28. Junij. Syndicatus submissionis Coneglani	103
Die 29. dicti. Syndicatus communis Venetiarum pro facto Coneglani	105
Die supradicto. Submissio Coneglani cum modis, iurisdictionibus et capitulis, ut ibi in	106

*Index Pactorum
Libri quinti.*

fol.

1337. 10. Martij. Forma generalis syndicatus communis Venetiarum ad contrahendam ligam cum quibuscumque Dominis in Lombardia contra Dominos della Scalla	109
Die supradicta. Contractus habitus inter communia Venetiarum et Florentiae, antequam fieret liga cum Dominis Lombardiae	110
Die eodem. Instrumentum ligae et unionis factae inter communia Venetiarum et Florentiae et dominos Lombardiae	114
Die 10. Martij praescripta. Contractus super facto uiginti millium florenorum mutuo concedendorum dom. Marchioni Estensi a nostro communi et communi Florentiae	119
1337. Protestatio praemissa et facta per Syndicos et Procuratores communium Venetiarum et Florentiae et Dominorum Lombardiae, in praesentia Procuratorum Domini Caroli, quod liga existens inter ipsa communia et Dominos in sua firmitate maneat, nec ei in aliquo derogetur propter ligam fiendam cum ipso dom. Carolo et dom. Joanne, fratre eius	120
1337. 28. Julij. Forma ligae habitae cum dom. Carolo Primogenito Regis Boemiae una cum dom. Joanne Duce Karinthiae, fratre eius	121
1337. 29. Septembris. Instrumentum syndicatus ad confirmandum tractatum habitum cum dom. Marsilio de Carraria occasione ciuitatis Paduae et districtus et praedictae ligae contra Dominos della Scalla	125
Die ultimo Septembris. Forma et exemplum instrumenti ratificationis super tractatu Domini Marsilij de Carraria	127
1338. 24. Januarij. Tractatus Pacis longus siue Pax cum dominis della Scalla, uidelicet super castris Florentinorum, super ciuitate Taruisij tradita et oblata communi nostro Venetiarum, super castris Baldi et Bassiani et securitate Rectorum et Stipendiariorum recedentium, super aqua Padi et de transitu libero, pactis antiquis obseruandis, refectione damnorum et extorsionum Venetorum. De dom. Cagnono de Mantua, de dom. Paduae et eius ciuitate in hac pace intellecta, de ciuibus et subditis partium et bonis eorum, de filiabus Rizardi de Camino Nonelli, de Episcopo Parmensi, de Dominis de Rubeis Parmensibus eorumque amicis, de dom. viuario et suis et bonis eius, de communibus Monticuli et Arzignani, Clampi, Nogaroli et locis de Sequella, de Episcopo Vicentino, de Marostica et Sicho, de hominibus	

Index Pactorum
Libri quinti.

fol.

Riperie, Brixie, de Bailia dom. Ducis contra grauamina, de generali offensionum remissione, de ratificatione fienda per commune Florentiae et assignatione castrorum ipsius, de la relaxatione dom. Alberti della Scalla, de relaxatione captiuorum hincinde, de dominio et iurisdictione dominorum de la Scalla, de dom. Carolo Rege Boemiae et fratre eius, de dom. Mediolani et alijs, qui adhaeserunt communibus Venetiarum et Florentiae, sint in pace hac cum his; qui adhaeserunt Dominis de la Scalla, pariter intelligantur in ea etc., ut ibi in	132
Die supradicta. Dominus Vbertinus de Carraria et commune Padue laudauerunt pacem praedictam et in ea interesse uoluerunt	151
1338. 12. Februarij. Ratificatio pacis praedictae facta per dom. Albertum della Scalla in sua libertate constitutum, ut iacet in	153
